



## Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

## Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

## Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

2  
ORATIO  
DE IURIS  
ARTE.

HEINRICI A BILA  
AD HEYGENRODE  
I. V. D.

Iustinianus Imperator.

Non ex multitudine authorum quod melius &  
æquius est iudicatore, cum posset unius forsitan  
& deterioris sententia & multis  
& maiores aliqua in parte  
superare.

Lege & Iudica.



---

M. D. LVIII.



REVEREN:  
DISSIMO, ILLVSTRIS  
SIMOQVE. PRINCIPI AC DO-  
MINO, DOMINO SIGISMVND  
Archiepiscopo Magdeburgensi, Primi  
tiae, & Episcopo Halberstadeni, Marchioni Bran-  
deburgensi, Duci Pomeraniae ac Stetineni,  
Eurgrauio Norimbergensi &c.  
Principi ac domino suo  
clementissimo.



Voniam in omni-  
bus disciplinis Re-  
uerendissime Illu-  
strissimeq; Prin-  
ceps ac Domine  
Clementissime ,  
summæ semper &  
utilitatis & necessitatis habitum est,  
ordine certo quæq; tradi ac disci, ut  
sine quo turbata & confusa omnia  
discentis animum facile perturbant,  
neque etiam percipi, neq; memo-

A 2 ria

ria cōprehendī aut contin-  
sunt. Tum uero in primis  
necessarium in Iurisprude-  
dio ducendum est, propter  
fam rerum ac materialium  
eodem continentur, conge-  
vtile, legum principium et  
sum, earundemq; finem et  
ex causis quamplurimos fini-  
stat, qui de docendi discenditq; lata  
modis scripsere, & quosdam qui li-  
brorū Iuris aliquām seu methodum  
seu dispositionem seu œconomiam  
ostendere sunt conati, quibus certe  
omnium iudicio non minime com-  
moditates in rem studiosorum sunt  
inuenītæ. Cum uero illis ijsdem scri-  
ptis multa adhuc deesse intellige-  
rem, eò quod alijs quasi per satyram  
nec exemplis adeo multis studio-  
sos ordinis admonere satis habue-  
rint, alij suas continuationes (ut uo-  
cant) à generalioribus tantum, non  
etiam proxima atq; cōiuncta (quod  
Caius uoluit) applicantes deduxer-  
int,

gint salij minus accommodatè, ne dicam de opinionum in monstranda artis ratione, uarietate atq; inconstantia, quæ non aliudè mihi profecta videbatur, quam quod quisque pro suo captu suam atq; ab alijs singulari ordinis rationem ex cogitari. Non eam quam illi ipsi legum compositores, securus sit. Quare ego ut plurimum commotus, ipse etiam de arte & methodo Iuris inuenienda meditari coepi, eamq; quodammodo ex ipsis Iurisconsultorum respōsitis, inde collegi, atq; ut tanto certior iudicari posset, totam eam disputationem. Num Iurisprudencia ars sit, in artisue formam contra pecne iam multis retro seculis ab Philosophis, tum etiam Iurisconsultis agitatam, & in uarias diversas atq; etiam contrarias sententias disputatam, una oratione complexus sum. In qua præter multorum opinionem & Iura seu leges artis nomen mereri, & in libertis nostris

artificiosè traditas esse probauit, ordinisq; rationem aliquam obseruatam esse ostendi, quæ ad hoc conferet studiosæ legum iuuentuti, ut in his ipsis Iuris Civilis libris maiori cum facilitate & fructu uersari, & lecta melius exactiusq; memoria comprehendere ac retinere ualeat, Præterquam quod hoc simul etiam effectum est, ut uniuersam totius Iuris Idæam animo conceptam, & quasi ob oculos positam semper habeant, ex qua non modo illis uerborum in Iure singulariter acceptorum, seu ut uocant, terminorum explicatio, sed & unde omnium fere casuum, qui in consultationem uenire possunt, decisiones repetendæ sint, innotescat. Sunt enim hæc generum capita, seu vt appellantur, Tituli aut Rubrice nihil aliud, quæ rerum earum quæ sub ipsis continentur, argumenta. Quæ omnia, si studiosus legum perdidicerit, præ clara certè suæ doctrine initia posuisse

suisse videbitur. Eam orationem  
cum ego in Celeberrima Lipsensi-  
um Academia publice habuisset,  
placuit permultiis, atque etiam do-  
ctis, & studiosi eam à me describen-  
dam petebant. Quorum studijs ut  
non deessem, atq; etiam minori quo  
fieri posset labore prodeßem, cum  
quod aliorum itidem nonnihil inter-  
esse putarem, eam in publicum dare  
constitui. Quæ res cum inuidie ple-  
nissima sit, necq; vñquam quicquam  
tam bene dictum, quin calumnian-  
do deprauari à maledicis possit, de  
Patrono mihi parando cogitavi, cu-  
sus ego autoritate fretus, omnium  
facile odium uitare & inuidiam su-  
stinere possem. Quorum primus  
inter cæteros T. Celsitudo mihi oc-  
currit, ut qui totius Germaniæ pri-  
mas, nec vlli cæterorum Germaniæ  
Procerum dignitate, uirtute, pietate  
prudentia tam auita quam propria,  
impar esses. cui primum hunc me-  
um laborem consecratum, ac omne

A 4 meum

meum studium atq; operam, me de-  
nicq; ipsum dedicatum volui. Quem  
ut T. Cel. Patrocinio suo non ex-  
cludat, etiam atque etiam & quam  
humili<sup>ss</sup>imè precor & oro. Data  
Lipsiæ, Calend. April. Anno 1553.

Tu<sup>x</sup> Celsitudinis

addictissimus,

Heinricus à Bila,  
ad Heygenrode,  
I. V. D.

Freg



Requens est multisq; re-  
trò seculis agitata nec finita tamen  
usq; Quæstio. Iurisprudentia  
num ars sit, in artisue for-  
mam concludi (si nondum compre-  
hensa sit) & quomodo possit.

Qua quidem num alia sit cognitu dignior, magisq; ne-  
cessaria, aut etiam utilior uel difficilior, certe  
nescio. Ut enim primum de dignitate eius loquar:  
Cum, ut Cicero ait, nihil sit eorum, quæ in docto-  
rum hominum disputatione uersantur, præstabilis-  
us, quam plane intelligi nos ad iustitiam esse natos,  
neg; opinione sed natura constitutum esse Ius atque  
Legem. Neq; uero hoc sine legum cognitione ea-  
rumq; origine uoluntate ac potestate perspecta, per-  
cipi cognoscicq; possit. Evidem scire, si leges disci-  
doceriq; possint, & quomodo, scitu uel dignissi-  
mum iudico. Ut sine quo nec hoc nec illud percipi,  
minus, quod Cicero uoluit, plane intelligi queat.  
Quæ insuper tanto tempore, in tot hominum præ-  
stantissimorum ac omni dignitate Principum dispu-  
tatione est uersata. De hac apud Ciceronem Anto-  
nius & Crassus in lib. de Orat. & alijs pluribus a-  
lijsq; in locis concertant, apud Platonem Socrates,  
Polus Trasimachus & Gorgias, agunt, Vniuersa  
denig; nostrorum Iureconsultorum turba in pluri-  
mas diuersasq; sententias disputant, qua tandem fi-  
nita definitaq; de illorum omnium sententijs atque

A 5 placitk

placitis uere Iudicare ac perfecte tuum, nec id am-  
biguum interponere Iudicium possis, necessitas uero  
quanta est? Scilicet hoc ratio iubet, ut leges cogni-  
tas habeamus, ne in eas uel impunè committatur,  
aut per imprudentiam peccans innocentia punia-  
tur, et natura suadet, Nihil enim tam proprium  
est homini, quam ratione uti, secundum eam uiue-  
re, omnia ea ipsa regere ac moderari, Ea uero ratio  
lex est. Est enim lex ratio summa, id est, in mente  
hominis iam confirmata atq; confecta, quæ iubet ea  
quæ facienda sunt, probibetq; contraria. Exigit  
hoc communis deniq; Reipublicæ et Ciuium salus,  
quod sine his nec ciuitas rectè fundari, Vnde et  
Iureconsulto fundamentum ciuitatis appellatur, nec  
ciues in ocio et tranquillitate retineri possint.  
Edicit hoc simul Magistratus, mandat princeps, et  
publicè ac omnibus coram leges promulgantur,  
quod omnes ligent, ab omnibus coli ac seruari, ac  
per hoc sciri ac cognosci, et à nemine ignorari de-  
beant. At qui eas sciat? qui si doceri disciqt; pos-  
sint, et quomodo (est enim quedam ars etiam do-  
cendi) nesciat, quæ omnia hac quæstione elucidata  
facile illucent, Ut ilitas quoq; eius rei permagna  
est: Et ut multas magnasq; quas afferre possem, lo-  
ci, temporisq; habita ratione, nunc omittam, hoc  
unum saltem ex uobis querendo. Vnde nobis tot le-  
gitime eruditionis professorum, in eius docende  
methodo ac ratione dissensiones? qua quam sint  
perniciose, quantaq; secum afferant omnib. Iuriū

studiorum

Radiofis incommoda, experientia rerum omnium  
magistra satis superē loquitur, ut uix unum nescio  
inter quot centurias perfectum, ac ne cū quidem  
Iureconsultum reperias. alios certe magno labore  
sæpe etiam cum diffidentia (que plerung; iuuenes  
auertit) serius ad id perductos (ut uere Iustinianus  
noster prædictus) ad quod leuiori uia ducti sine ma-  
gno labore & sine uilla diffidentia maturius perduci  
potuissent, alios uero omnimodo studiorum deser-  
tores effectos. Nisi ea de cauſa atq; ob id, quod an  
Iurisprudentia ars esset, in artisue fūrmām contra-  
ela? adhuc dubitarent. Cur enim (rogo uos) si  
artem esse sibi persuasissent, aliam citius uiam im-  
gressi, quam eam que artis est, id est, omnia, uti  
ea arte disposita sunt atq; ordinata tradentes, te-  
nuissent? Quid ni, sicut in reliquis disciplinis, ita  
& in hac nostra Iurisprudentia iusto legitimoq;  
modo processere? Grammaticus a literis ad syllabas,  
a syllabis ad dictiones, a dictionebus simplici-  
bus ad illarum compositionem, aut, ut uocant, Syn-  
taxim pergit. Dialecticus ad res pertinentes proprios  
inuentas, per ratiocinationem dijudicandas accedit.  
Rhetor ab elocutione uerborum sententiarumq;  
ad dispositionem procedit. Cur (inquam) nec Iuris  
nostrī Doctores ab elementis ad interiora magisq;  
abscoudita legum enigmata ordine præscripto,  
nulla earundem parte, ut Iustinianus noluit, inco-  
gnita relicta progreſſi sunt? Videtis ergo quanta  
sit huius questionis dignitas, & necessitas & utili-

tas, ut

lis; ut ne eius finitione, Si quis uelit, exercere posse  
aut si possit, etiam uelit. Iam uero multitudo de  
bac nostra quæstione disceptantium, quanta est s.  
Hæc una omnium Philosophorum animos nienteum  
exercet et angit, hæc fecit, ut sape in Scholis, sepe  
alijs in locis conuenirent, et in uarias diuersasq; ex  
nonnunquam etiam contrarias sententias discede-  
rent. Nonne consutorum ingenia mixtae tor-  
quet, nonne artificiosæ quidem tradi praecopta uit-  
ris posse existimantibus, alijs (et si fieri posse intel-  
ligant) de suis ipsis aliorumq; ingenij in consti-  
tuenda arte desperantibus, alijs uero iam in artis  
formam compositam, ac in libris Iuris nostri redac-  
tam, re tamen non satis equidem probata conten-  
tib; alijs uero contra, aliquam saltem et in  
quibusdam partibus obseruatam artis ac methodi  
rationem, alijs omnino nullam exclamantibus.  
Quam nos quæstionem scitu certè dignissimam,  
utilitate uberrimam, maxime necessariam, et pro-  
pter hominum bac de re disputantium uarietatem  
ac multitudinem perdifficilem et obscuram, bac  
nostra oratione, quantum pro ingenij viriumq; ter-  
mitate, ac loci huius et temporis ratione licebit,  
discutiemus, atq; Deo adiuuante ita explicabimus,  
ut quid uerum falsumque sit, tandem cognosci possit.  
Qua in re et mihi benigni auditores, et qui de-  
inde Iudices adesse uelitis, etiam atq; etiam uos ore  
atq; obsecro.

tit uero

Ut uero uos priuilegia de buius orationis curse  
prononcam, erit haec methodo oratio trium potissimum  
partium, in quarum primis Et iuris prudentiam  
artem esse, artisq; formam recipere probabo.  
In Secunda, omnia aduersariorum nostrorum ara-  
gumenta, que uel alicuius ponderis videbuntur,  
proferam et confutabo. Tertio deinde loco,  
quantum erit hoc tempore possibile, omnium uobis  
iuris nostri librorum methodum atq; ordinem quasi  
ad oculum ostendam atq; exhibebo.

Confero me igitur ad primam facta diuisionis  
nostrae partem, et quantum et autoritate et ra-  
tione fieri potest, iuris prudentiae nostrae artis no-  
men summo iure meritoq; deberi, et facilime disci-  
doceeriq; posse docebo. Quid enim obstaculi est?  
quo minus sicut ex cetera omnes disciplinae, ita et  
ipsa ars dicatur. Non equidem ea sicut nec illae  
sunt, que architectorum est, et in faciendo fabri-  
candoq; consistit, Atq; etiam a quibusdam usum  
vocabuli ignorantibus intelligitur, neq; etiam illa  
que ab Antonio apud Tullium est definita, que  
cognitis, penitusq; perspectis, et in unum exitum  
spectantibus et nunquam fallentibus rebus conti-  
netur. Namq; tum ne ulli reliquarum etiam artis  
nomen recte attribueretur, quod et Crassus ani-  
ma duerit, et Antonius ultra concessit: Sed ea  
que vulgari magis opinione ars dicitur, que sci-  
licet ex his constat, que obseruata sunt in usu et  
tracta-

tractatione causarum, & ab hominibus callidis ac  
peritis animaduersa ac notata, uerbis designata,  
generibus illustrata & partibus distributa sunt.  
Namq; & hac ratione & ceterae artes esse dicuntur.  
Quia nec dicendi facultas, si superiori magisq;  
subtili ab Antonio propositæ definitioni locus esset  
ars recte appellaretur. Cum & ipsa dicendi ge-  
nera uaria sint, & ad vulgarem popularemq; usum  
accommodata, & ita de ceteris. Vulgarior ergo  
potius illa definitio retinenda est, secundum quam  
non minus hæc nostra ac ceteræ, artis nomen obti-  
nebit. Sicut enim alias omnes monstrauit natura,  
& usus hominum, Ita hæc quoq; nostra Iuris san-  
tissima prudentia ex ipsis naturæ fontibus deriu-  
ta, à ratione profecta, hominum sapientissimorum  
consultis ac florentissimarum Rerum publ. optimi-  
rumq; Ciuitatum communui compositione existit.  
Inde & hæc communis à causa iuris effectrice &  
origine petita distinctio, in libris nostris claret.  
Aut enim naturale dicimus hoc ius, uidelicet, quod  
natura nobis tributum cum omnibus animantibus  
commune est, ut maris atq; foeminae coniunctio,  
liberorum procreatio & educatio. Quia hæc ubiq;  
instinctu naturæ non constitutione habentur aliqua  
& hoc aut si quid simile sit, nunquam iniustum sed  
naturale æquumq; semper habetur. Aut Gentium,  
quod omni humano generi commune est, & natu-  
ralis quedam ratio inter omnes homines constituit  
& gentes humanæ usu & humanis simul necessi-  
tatibus

tatibus urgentibus sibi constituerunt, Ut dominio-  
rum distinctiones, rerum commercia ac conuentio-  
nes. Aut Ciuite quod quæq; sibi ciuitas constituit.  
Nam quod quisq; populus ipse sibi Ius constituit, id  
ipsius proprium ciuitatis est, uocaturq; Ius ciuile,  
quasi Ius proprium ciuitatis. Sed hoc Ius ciuile ex  
unaquaq; ciuitate appellatur, ueluti Atheniensium.  
Nam si quis uelit Solonis uel Draconis leges appel-  
lare Ius ciuile Atheniensium, non errauerit. Sic  
enim & Ius quo Romanus populus utitur, Ius ci-  
uile Romanorum appellamus. Sed nos, quoties non  
addimus cuius sit ciuitatis, nostrum Ius significa-  
mus, & per Antonomastam, seu, ut recte uoluit  
Accius, propter excellentiam. Habet enim hoc  
unum & præ ceteris præcipuum hoc Ius nostrum  
ciuile, ut non ex unius aut alterius cerebello, ut  
Atheniensium per Solonem seu Draconem: Lace-  
demoniorum per Licurgum iura fuerint conficta,  
Sed duce simul natura & ratione ex omnium præ-  
dentiissimorum uirorum decretis, & florentissima-  
rum Rerum pub. optimarumq; ciuitatum (quarum  
exemplar tanquam in speculum legislatores nostri  
intuebantur, Ut optimas quasq; leges & mores  
quibus se suosq; ciues ac Rem publicam instrue-  
rent, & ipsis confirmarent) communibus composi-  
tionibus & sponzionibus prodierit, quo beatius, fe-  
liciusq; uiuere possent. Hæc omnia per doctissimos  
sapientissimosq; ac uere diuinos homines in per-  
paucâ genera distributa, ac deinde eorundem quasi  
quædam

quædam membra disperita & propria cuiusque  
ui per definitionem declarata, & in unum pulcherr  
imumq; ordinem coacta, artis certe nomine quam  
dignissima sunt. Ita enim & reliqua fere omnia  
qua nunc artibus conclusa sunt, dispersa ac dissipata  
quondam fuerunt, ut in Musicis numeri, uo-  
ces, & modi, In Geometria lineamenta, formæ, in-  
teriorualla, magnitudines, In Astrologia coeli conuer-  
sio, ortus, obitus, motusq; syderum. In Gramma-  
ticis Poëtarum pertractatio, hystoriarum cognitio,  
uerborum interpretatio, pronunciandi quidam so-  
nus, In ratione dicendi excogitare, ornare, dispo-  
nere, meminisse, agere, & ignota quondam om-  
nibus & diffusa latè videbantur. Quibus adhibita  
est ars quædam extrinsecus ex alio genere, quod  
totum sibi Dialetici assumunt, quæ rem dissolu-  
tam diuulsamq; conglutinaret & ratione quadam  
constringeret. Ita & haec omnia quæ pro legibus  
obseruantur, ex naturæ partim nobis inditis igni-  
culis, partim ex gentium moribus, partim ciuita-  
tum compositione effluxa, uno ordine sunt con-  
tracta & composita, ut ad legitime atq; usitatæ in  
rebus causisq; ciuium æqualitatis conseruationem  
nobis inservirent, artis nomen optimo Iure tenent  
& merito, rectissimeq; à Celsso ars boni & æqui,  
iusti atq; iniusti scientia, definita sunt. Quid enim  
quæso obstat, ut haec etiam sicut & illa, in certa &  
per pauca quidem genera distributa, ita uocemus?  
Ordinis præsertim ac methodi, hoc quod artis est,  
ratione

ratione diligentissimè obseruata, ita ut et intelligendi facilitate et legendi delectatione, uel nulli aliarum disciplinarum cedant. Quorum prius satis superq; ex Institutionum nostrarum pulcherrima œconomia apparet, ubi traditis Iuris legumq; principijs, subiecta Imperator subiungit, personarum status conditionesq; in Iure uarias explicans, h̄is postea res et tam Iuris gentium quam ciuilis acquirendi modos subiiciens. Illos ipsos inter se homines uel per contractus aut quasi, uel delicta uel quasi obligans. Vnde actiones parat, quibus Exceptiones, h̄is replicationes opponit, ex quibus tandem ad sententiam indicisq; et in audienda definiendaq; lite, et post officium peruenitur, Ita, ut parum negligendum, quod uel ad totam Iuris ciuilis generum cognitionem pertineat, nihil etiam superflue postum esse uideatur. Quod idem post in ceteris Iuris nostri libris factitatum esse demonstrabitur, in quibus tandem omne Ius collectum ac compositum nobis exhibetur, Ita ut uel nihil amplius requirere aut iure desiderare possumus. Hinc ipse de illa hac nostra ciuili scientia Iustinianus gloriatur, quod illa sola, (quamuis summa et precipua) finita, reliquæ uero artes omnes infinitæ sint, nullumq; finem habebant. Quanto ergo et haec nostra illis erit facilior, ut quia finita est, reliquæ non item. Neque enim uel quicquam huic nostræ arti adiisci posse intelligo, quod omnes omnium caussarum species, hisce nostris in arte generibus continentur, et quæcumq;

) etiam noua cauſſa consultatioue acciderit, ſi ſciat  
a quo ſit capite aut genere repetendum, eius tenere  
Ius queas. Cum quod in Iure noſtro neq; contrarie-  
tas uilla relictā ſit, ſed ſit una concordia, una confe-  
quentia, aduersario nullo conſtituto, neq; ſimilitu-  
do uilla, niſi forte cum propter repletionem uel ple-  
niorem indaginem hoc contigerit atq; perrarō, re-  
liquarum uero facultatum ſeu disciplinarum omni-  
um, nec finem eſſe ullum: Ita non omnes morbo-  
rum curationes medicos expreſſas habere, qui uel  
omnino incogniti fuerunt hactenus, aut incurabi-  
les habitū conſtat. Ita Philoſophos etſi ſe totos ei-  
rei dediſſent, ut cauſſas rerum quo certius de qui-  
bus uis iudicare poſſent, inuenirent, tamen diuerſa  
inter ſe præcipere ac nonnunquam contraria uide-  
mus. Cum tamen etiam unum atq; idem omnes re-  
petierint ac perſæpe, quo non modo non diſcipulos  
delectant, ſed et unius quidem rei ſaþe tractatæ,  
fastidium ac nufeam pariunt. Auget diſcendi fa-  
cilitatem, quod minime plæriq; arbitrantur, mira  
quædam in cognoscendo ſuauitas et delectatio,  
nam ſi quem aliena ſtudia delectant, plurima eſt in  
libris noſtriſ, antiquitatis effigies, quod et uerbo-  
rum quorundam priſca uetusſas cognoscitur, et  
actionum genera quædam maiorum conſuetudinem  
uitamq; declarant. Atq; hoc ipsum maximè quod  
tam ampla Iuris ſtudioſi ſibi habeant proposita pre-  
mia. Ea que Iuſtimianus ut breuibus, ita pulcher-  
rime perſtingit hiſ uerbis, Vt omnibus ciuilis ſci-  
entie

entia arcanis referatis nihil habeant studiosi abscon-  
ditum. Sed omnibus per pulcherrimam consequen-  
tiam perleatis, & Oratores maximi, & Iusticiæ sa-  
tellites inueniantur, & Iudiciorum optimi tam  
Athleta quām gubernatores omni loco æuoq; feli-  
ces. Hinc scientia, hinc uirtus omnia per se expe-  
tenda maximè, hinc diuitiae, bonos, & felix Rei-  
pub. gubernatio, quæ ut ex mente & uoto Diui  
Iustiniani Deus Opt. Max. nobis in sui nominis  
gloriam, hic & ubiq; & omnibus contribuat, eum  
per unigenitum ac dilectum Filium eius I E S V M  
C H R I S T V M Dominum ac Redemptorem no-  
strum obtestor & summis præcibus oro.

Proximum nunc est, ad secundam orationis  
nostræ partem accedere, in qua principio partes  
negantium suscipere, deinde eorum argumenta con-  
futare promissimus. Est autem eorum qui Iurispru-  
dentiam artem esse in arte mœuē concludi posse ne-  
gant, tanta autoritas atq; multitudo, tanta argu-  
mentorum uis atq; copia, ut abs quo eorum initium  
ducam, quo deinde progrediar aut ubi exeam, non  
probè admodum cognoscere queam. Cum omnes  
simil huius sectæ authores defensoresq; uno ore cla-  
mitare audiam, neg; in artem leges componi posse,  
nec etiam debere. Quos itidem terminos huius par-  
tis mihi præfiniam, quibus tanquam carceribus in-  
clusus neg; egredi et si uelim, tamen non possum, ut  
& certa mihi sit dicendi uobis uero audiendi ratio.

I.  
In artem LL. colligi non posse aiunt, quia et infinite sint incerte, irrationabiles, fluxae et instabiles atq; etiam inter se pugnantes et erroneae. Infinite ob hoc uidentur, quod cum singulis hominum factis, secundum quas et aqua ab inquis, terra ab illicitis discernantur, leges, ferendae sint, non possunt non leges esse infinite, cum et iam factorum infinitus sit numerus. Plura enim sunt facta, teste Iure consulto, quam rerum uocabula. Atq; multas etiam hodie rerum formas natura nouas edere deproprietat, Ita ut quamvis diuini quidem iuris res perfectissimae sint, humani tamen iuris (ipsum hoc Ius fin. afferente) conditio semper in infinitum decurrit, et nihil in eo sit, quod perpetuo stare possit.

Quid amplius testibus est præcipue uero, cum cuius negotio non una saltem lex, lata sit, sed et plures, quas, et si interdum non sunt diuersæ sententiae, tamen quia diuersi authoris sunt, libris nostris inseratas reperias, nonnunquam uero diuersæ. Imo etiam saepe contrariae, atq; se inuicem mutantes atq; arrogantes, Vbi saepe aliud Ius naturale suadet, aliud Ius gentium dicitat, diuersum Ius ciuale præcipit, ubi aliud Ius uetus, aliud nouum, aliud nouissimum constituit, aliud Iuris est, aliud equitatis. Hæc omnia quamvis diuersa sint et repugnantia in unum tamen eundemque casum frequenter coincidere uideas. Cum quod ne adhuc quidem ea uarietate legislatores contenti, sed et quisque eorum illi pro voluntate ac libito augere minuerue posset, tum

quod

11  
7-100

quod neg; secundum eas solum scriptas indicari,  
sed et non scriptas seu ciuitatum mores, et equi-  
tatem Imperatores præcipiant l. placuit C. de Iu-  
dicijs. Infinite ergo sunt leges et ab id recte etiam  
incertae dicuntur. Qui enim eæ certe esse, que im-  
finitæ sunt, possent, quoniam nec sub artem, nec  
sub præceptionem ullam cadunt, quæ pro cuiusq;  
fere aut constituentis aut iudicantis aut interpre-  
tantis arbitrio ualent et mutantur, stant atq; ca-  
dunt. Iura enim et Princeps et Pontifex et po-  
pulus constituere, et quæq; sibi ciuitas et Collegi-  
um potest, pro cuiusq; et affectu et uoluntate,  
quarum quanta sit diuersitas, satis nos Persius ex  
communi rerum usu docuit.

Mille horum species et rerum discolor usus,  
Velle suum cuiq; est, nec uota uiuitur uno.

Iudicum uero quanta est authoritas? Ut nec  
ipſi quidem uolentes sententias etiam falsissimas re-  
uocare retractarene posſint, neque etiam alij cum  
propter publicam authoritatem res eorum iudica-  
ta, pro ueritate habeatur, qui tamen ſæpe per er-  
rorem, nonnunquam per gratiam ius reddunt.  
Quare prudenter meo quidem iudicio L. illa Cor-  
nelia lata fuit ac recepta, ut non niſi ex edictis per-  
petuis, que antebac annua erant, et scripto iure  
prætores iura reddere posſent, unde tum per-  
petuum edictum appellari coepit, modo hoc ita flan-  
abile firmumq; ſemper manuſſet. Ceterum quid.

successu temporis factum? cum tanta Iurisconsultorum authoritas esse cœpisset. Ut ijs publicè de Iure respondere, nec Iudici ab illorum responso recedere liceret. Hinc nobis tam magna responsorum copia, tot uarie Iurisconsultorum sectæ, cui pri-  
mum rei Atteius Capito & Antistius Labeo causam dedisse traduntur. Nam Atteius Capito in ijs quæ ei tradita fuerant, perseverabat, Labeo in genij qualitate & fiducia doctrina fretus, quod præ ceteris sapientie operam dederat, plurima innouare instituit. Quare non minus recte & sapienter eo quoq; tempore mihi Caligula fecisse uidetur, quod Iureconsultorum responsa induxerit, atque nemini nisi sibi de Iure respondendi authoritatem competere uoluerit (si modo ipse in Iure dicendo Ius æquitatemq; obseruasset) que illorum autboritas, et si adhuc hodiè aliquantum restricta uideatur, tamen cum leges pro suo quisq; intellectu interpretari, non desinant, certissimum est, nec legem certam uel esse, aut etiam posse, Cum nihilominus ab ipsis in dubium disputationemq; uocetur, nea unus de eodem atq; alter sentiat. Sed de quaq; re quod Terentius inquit, hic affirmandum, alter negandum, tertius deliberandum censeat, Incertas igitur esse leges, neq; etiam facile in certum redigi posse contendunt, Et ob hoc maximè, cum uel rationes illarum curiosius inquirere interdicto quasi prohibeamur, neq; etiam omnium ratio reddi possit, Si enim uel ad rationem referre aut eam peruectigare

figare liceret, forte aliae cum alijs collatæ certiores redderentur, Quod cum prohibitum interdictumq; sit l. non omnium ff. De legibus aliud contra incertitudinem remedium non apparet, non igitur intelligunt uel ipsimet Iureconsulti quod uel statuerint, aut cuius inuestigare causas non potuerint, aut tandem sibi ipsis parum constare uidentur, quod alibi et mentem seu potius rationem legis inspicendam, et secundum eam legem quamuis intelligendam, extendendam et restringendam uelint. Neq; ergo certæ aut uerae sunt cum sibi ipsis sint contrarie iniucem, Quid enim hoc est aliud? nonne etiam inter se acerrime pugnant, hoc Ius naturale, et id quod gentium dicimus. Ex illo pax, ex hoc bellum, ex illo communio omnium rerum, ex hoc dominiorum distinctio, ex illo libertas, ex hoc feruitus, Omnia inter se pugnantia, et sui ipsius natura contraria. Talis quoq; est inter Ius Naturale ac Ciuale controuersea. Illud enim Iura sanguinis uult perpetua, hoc capitis diminutione perimit. Illud et equum neminem aliena locupletari ait iactura, Hoc usus capionem qua quis dominio retinuae defraudatur instituit, et eiusmodi infinita. Quid insuper de Iure dicam et equitate, quae nunquam inter se conueniunt? Cum et equitas ex hoc maxime Aristoteli definiatur. Iuste legis, correctio, quid de legum inter se ipsas pugnantia? contrarietates enim, seu ut vocant et rivotemæ, alias Valla, alias Budens, alias Fulgofius, alias Baro, et ceteri

aperte profecti sunt; & nuper quidam qui libros  
ff. esse ~~ac~~ avolentes τῶν ἀντίομων dixit,  
quibus cum tanquam in ea arte artificibus cre-  
dendum esse uelint, leges sibi ipsis contradicere  
colligunt; præcipue uero cum illis ne alius quidem  
adhuc uerisimiliter responderit. False igitur sunt  
haec leges nostre cum contrariorum alterius certi-  
fima sit falsitas. Atq; hoc ipsum probari uidetur  
Iurisconsultorum propria affirmatione, qui aiunt,  
quod error Ius faciat. Omnis etiam in Iure Civili  
periculosa sit definitio, quia non raro subuertun-  
tur, & nec hanc ad rem maiori opus est testimonio.  
Addunt tamen & eas simul diuino ac humano Iuri  
contrariari, Diuino quidem, contra Dei præcep-  
tum iurare, seu cogentes, seu permittentes. Item  
usuras exercere, uim ui propulsare, que à Christi  
præceptis quam sunt alienissima, Iuræ naturæ licere  
se inuicem contrabentibus decipere, concubinatum  
uagosc̄ concubitus, & sine certa matrimonij lege,  
permitttere. Item omnia eius generis quæ in possi-  
bilitatem naturæ ne quidem cadere possunt, & leg-  
ibus tamen accepta ac probata, sunt ut uiuum re-  
putari pro mortuo, & contra mortuum pro uiuo,  
nascendum pro iam nato, Eum qui usū cœpit non  
usu cœpisse, ut in Rescissoria. Item eum qui post  
liminio rediit, apud hostes nunquam fuisse, Cum  
ipsa rerum natura impossibile sit, ut factum factum  
tollere, aut factum infectum reddi possit. Leges  
igitur haec nostre quia infinitæ sunt incertæ, instat-  
biles

biles & legi diuinæ ac naturali, sibi denique ipsis  
contrarie, ac impossibilia pro ueris affirmantes, in  
artem reqigi non possunt, neq; etiam debent. Cuius  
enim id erit officium, res falsas incertasq; conge-  
rere, aut insipientis certe aut plane flagitosissimi.  
Et nihilo magis mouentur Iureconsulti dicto qui  
Eas. circa bonum & æquum uersari dicit, et Iustum  
iniusto, æquum ab iniquo discernere, licitum ab  
illicito separare, & bonos facere non solum metu  
poenarum, uerum etiam præmio & exhortatione,  
Cum & quid Iustum aut iniustum, æquum aut in-  
quum, uel natura nobis constare aut opinione posse  
sine arte ulla, nam ipsum quidem illud etiam sine  
cognitione Iuris quam sit bellum cauere, malum  
scire possumus, etenim hoc cum bestijs commune  
habemus, ut fugiamus noxia, & appetamus salu-  
taria. Cætera quæ hominis sunt solius, aut ra-  
tio nobis suggerit, aut quotidianus rerum usus  
docet. Ita æquitatis & Iusticie studiosissimos &  
peritisssimos sine ciuili disciplina perplures fuisse  
cognouimus. Tales fuere, ut aliquos saltem refe-  
ram, Galba & Antonius, quibus & Crassus con-  
cessit sine ulla Iuris scientia quibusuis causis satis-  
facere potuisse. Et ipse Antonius nec se unquam  
Ius Ciuile didicisse, neq; tamen in ijs causis quas in  
Iure defendisset, unquam istam scientiam deside-  
rasse fatetur. Porro nec Philosophorum quis-  
piam, cum tamen ne unum ex libris nostris uiderit,  
se æqui ac iniqui ignorantem profitebitur, Ergo

nec hoc legum nostrarum erit proprium, cum illud ipsum ex naturae potius fontibus, unde itidem ex hoc Philosophi hauserunt, emanauerit, unde etiam deinde haec si qua est iusti & iniusti scientia effluit. Fuit enim haec uis non modo senior quam etas populorum ac ciuitatum, Sed aequalis illius cœlum ac terras intuentis atq; regentis Dei. Aut reliqua quæ desiderari possent ex uiuendi consuetudine ac hominum moribus edisci possint, Quæ quidem ex manifestiora esse omnibus ac per hoc ab omnibus seruari melius potuerunt, Nec enim melius est scriptis leges (si haec leges appellandæ sunt) sancire, quam paſsim & ubiq; mores ferere, quos apprehendat ac teneat populus. Ea de cauſa Lacedemonij nullo scripto Iure uisi sunt, ne uel ignorantiam communis uiuendi consuetudinis inter omnes, quis pretendere, aut eam, (ut scriptas leges depravare, seu falso detorquendo, id quod persæpe factum uidimus, Calumniari posset.) Hinc eam ordinam esse Iuris scripti & non scripti distinctionem, & Iureconsultus & Imperator fatentur, quod posterius, si solum esset, melius habituram, auunt, Rempublicam, quia & certius hoc & facilius esset, quia quisq; id paſsim, & ubiq; audiret. Videat ac inter popularem etiam sermonem disceret, ubi illud ignotum ferè omnibus scripto tantum comprehensum custoditur, magisq; per se apertum hoc sit populo, quod ciuium quasi omnium conuentione obseruatur, quam quod ex unius Ius constituantur, dicentes,

dicentis, interpretantisue dependet<sup>m</sup> auctoritate,  
Cum tamen etiam nec ulla alia de causa lex quem= quam teneat, quam quod iudicio populi recepta sit, merito ergo ea que sine scripto populus probauit, tenebunt omnes. Cum nihil intersit suffragio populus suam sententiam declaret an rebus ipsis ex factis. Maior est ergo non scripti auctoritas, & quod in tantum, ut Iurisconsultus ait, probatum est, ut non fuerit necesse id scripto comprehendere, Et rationi magis conuenire uideatur. Neq; enim tam facile omnes a ueritatis rationisq; tramite ab= errant, quam uel unus aut etiam plures ex consti= tuentibus, iudicantibus interpretantibusue, Et si= mul etiam aequitati, quod hoc illi statuant, qui ei= dem etiam obtemperare uolunt. Illud uero qui se legibus solutos existimant, cum etiam natura e= quam sit, eodem quemq; iure uti, quod ipse in alios statuerit.

Sic Censura agitur, & sic exempla parantur,  
Cum Iudex alios quod iubet ipse facit.

Quid enim si quis legem uel propter obscuri= tam aut interpretantium uarietatem aut ignoret aut plane non intelligat? Quid si populus obedire nisti ex conditor eius uelit, recuset? aut libri quibus leges scriptae comprehendebantur, uel temporis in= iuria, bello, incendio, aut alio casu amissi aut plane corrupti sint ac perdit? Id quod anterioribus eti= am temporibus cum nostri Iuris libris accidit, qui iam

iam diu amissi ac Sexcentis penè annis in Biblio= thecis Romanorum pulueribus obſiti per VVernhe rum (quem Accursius noster Irnerium ſæpe nomi= nat) reperti ac in lucem reducti, atq; per Lothari= um Saxonem tum temporis Imperatorem pristinæ dignitati atq; authoritati restituti ſunt. Accedit eamq; auget obſcuritatem, quod iij qui leges ſcri= ptas iam ſciunt eiq; ſcientiæ prefecti ſunt aut obti= ncendæ atq; augendæ potentiaſ ſue cauſa. Cuius exemplo eſt Appius Claudius peruulgari artem ſu= am nolint ſiue erroris obijcendi cauſa, quo plura & difficultiora ſcire uideantur, ſiue quod ſimilius eſt ueri ignoratione docendi ſæpe quod poſitum eſt in una cognitione, id in infinita diſpartiuntur. Hinc fluctus ille noſtrorum Commentariorum, in quibus tot diuersæ ac contraria interpretantium opinio= nes & ſententiæ, tot, & ut uerum loquar, infiniti unius eiusdemq; ut uocant legis intellectus, alium habent antiqui, alium moderni, ultra Montani ali= ut, & alium citramontani. Deniq; quisq; ferè in terpretum ſuam & quem ſibi adſcribit proprium. Hinc nobis tot scriptores, tot immensa uolumina, quibus coēmendis ne Croesi quidem diuitiae, perle= gendis ne Nestoris anni, ediscendis, nec ulla memo= ria, nec ullum ingenium quantumuis excellens, etſi diuinum, ſufficerent. Quæ tandem omnia scriptis accepto ferenda ſunt legibus, quibus non scriptis tanta quoq; inutilis Commentariorum moles ap= pena nunquam fuifſet, neq; tanta eſſet litium pree= benda=

bendarum occasio, æqui aut iniqui, iusti seu iniusti  
uix tolleranda ignorantia, cui potius locum fecisse  
quam sustulisse ll. uidentur. Quam uerum etiam  
hoc sit, legibus bonos fieri, quia bonis proposita  
uirtutis præmia, malis autem metus poenæ incussum  
sit ex sequentibus apparebit. Cum, ut Democratis  
est sententia, Leges omnes sint inutiles & super=   
uacuæ, ut quæ nec bonis nec malis rogentur. Cum  
illi non egeant legibus, bi uero per easdem nihil  
fiant meliores. Qui enim hoc fieri potest? ut disci=   
plina seu scientia legum bonos efficiat? Socrates  
certè apud Platonem id concedere noluit, neque  
puto Philosophorum quenquam hoc facile admis=   
surum. Quia omnis uirtus (que bonorum est) non  
tam ex arte, quam natura & actione exoriatur.  
Consideremus enim & altius (si lubet) repetamus,  
cuiusq; tam artium quam uirtutum cauſas, origi=   
nem, atque effecta, & facile nobis quæ sit inter u=   
trumq; differentia constabit. In genere quidem ar=   
tem ac uirtutem conuenire non negauero. Est enim  
utraq; animi habitus, Altera uero scientia nempe  
eius quæ Intellectus dicitur, altera uirtus, scilicet  
Voluntatis. Hæ ut sciuntur sunt separataq; in ani=   
mo partes. Ita quoq; diuersas ac natura quidem  
distinctas edunt species atq; effectus. Intellectus  
enim proprium scire est & intelligere, quod sane  
& nomen ipsius satis ostendit, dicitur enim Intel=   
lectus ab intelligendo, inde Scientia, Voluntatis  
uero bene seu male agere uelle, unde uirtutes ac

uitia:

uitia : Non est ergo possibile, nisi hæc contraria= turam confundantur, legum scientiam (si quæ est) bonos facere posse. Hac eadem ratione ipsi sicut iuriisconsultis rectè & benefacta à malefactis distin- guuntur, uoluntate puta, Voluntas enim & propo- situm, Teste Iurisconsulto , distinguunt maleficia, sic sine furandi , damni dandi , iniurie inferendæ proposito, nec furtum factum, nec damnum datum, nec Iniuria illata uidebitur, Adde & contractuum species uoluntate & opinione contrahentium di- scerni finis est scientie, scire sciriue posse, Volun- tatis uero actiones ordinare, Artis quidem est eru- dire animum, sed eam saltem quæ intellectus dici- tur, partem, non autem uoluntatem regere affectus ue moderari. Cum uel quisq; sine arte illa affecti- bus imperare, & sine scientia in uirtuosum euadere po- sit. Quod si ex arte Iuris tantum, tanquam ex sua caussa honesta prodiret actio, quis quæso bonus esset ? Cum uera ac perfecta Iuris cognitio uel pau- cißimis contingere soleat, & quod uideamus etiam perplures bonos omnium tamen artium expertes existere, & recta negocia non solum scientia duce, sed & natura & ratione procedere hominibus qui & utiles & boni tamen censemur. Porro nec Iuris ars bonos Virtuososq; efficere poterit, Si enim sana mens homini disciplina tradi posset, multam sane magnamq; mercedem reportarent, ij, qui id efficere possent, Ita ut tanto facilius & præceptores atque discipulos uirtutis inuenires quanto nunc rariores existunt.

existant. Namq; ego ita uel quenquam appellari cum Socrate audiui nunquam ergo nec doceri nec disci arte uirtutes possunt, cum cuiusq; quod doceri potest, & doctores & auditores existant. Neq; etiam ex bono patre filius malus esset prudentibus monitis imbutus, cum tamen ita frequenter id fiat, ut in prouerbium etiam exierit: Hæroum filij noxæ, Ex bono coquo, medico, fabro, boni coqui, medi- ci, fabri, fiunt, ex bonis uero boni non item. Thucidides uir bonus fuit, & filios Milesiam & Stephanum pessimos educauit, Cleopantus Themistoclis filius omnibus disciplinis instructus fuit, uir- tute non potuit, Aristides Lysimachum, pericles Paralum & Xantippum nullius penè frugis homi- nes instituit. Verissimum ergo hoc est, docendo nunquam bonum ex malo fieri hominem, imo per- sæpe peiorem, ut qui postea magis magisq; astutia ac dolo sua contegere posse maleficia.

Naturam si furca expellas tamen usq; recurrit.

Ergo neq; Iuris disciplina seu Institutione, At uero iure ciudi bonos fieri alij putant, quia legibus ex premia proposita sunt uirtutibus & supplicia ui- tijs. Evidem putabam ego nec uirtutem propter premia desiderari, sed propter se ipsam, nec quidem eos bonos qui uirtutem propter lucrum aut mercedem quererent. Est enim hoc ipsum iniu- stissimum (ut Cicero dixit) Husticiæ mercedem qua- rere. Neq; enim mali ac peruersi homines poenarum metu

metu absterrantur. Quantam enim adhuc hodie  
in tanta poenarum exasperatione, in tanta etiam  
eorum qui poenas luunt, & eas terribiles & gra-  
uissimas, uidemus parricidarum, latronum, furium,  
delinquentiumq; multitudinem ac copiam atq; eti-  
am quam antehac maiorem, ut non tam leges deli-  
cta prohibuisse aut puniuisse, sed ad ea uiam ape-  
ruisse atq; ostendisse uideantur. Quæ enim alia  
Solonis fuit ratio? quo minus inter cæteros parri-  
cidarum quoq; poenas statueret. Sed prob dolor,  
quoties quoties hoc ex eo tempore crimen commis-  
sum comperimus? Neg; etiam pars ob id peccant,  
quod non metuant ne emanet, sed ex depravatæ na-  
turæ, seu cuiusdam consuetudinis uitio, quod et si  
emendare maxime uelint, tamen non possunt, & nec  
poenarum metu aut præmiorum exhortatione ex-  
cutere quisquam potest. Pars non tam poenas luant  
iudicijs quæ quondam nusquam erant, hodie mul-  
tifariam nulla sunt, ut sint, tamen persepe falsa  
sunt. Sed ut eos agitent insectenturq; furiae non ar-  
dentibus tædis, Sicut in fabulis (ut est apud Cice-  
ronem) sed angore conscientiæ fraudisq; cruciatu-  
s. Quippe cum potius boni Imperatoris sit atq; legis-  
lutoris tale quiddam excogitare, quod uidelicet ita  
trahere audientes ualeat, ut non minis aut ui ac  
metu, sed sponte iusticiam uelint suscipere. Hoc  
ego fuisse caussæ non dubito. Cur Lycurgus La-  
cedemonijs ab Apolline, Numa Pompilius Roma-  
nis a Nempha Aegeria, & sic alijs leges reddere  
se confinxer-

se confinxerint, Quia nihil aliud scrutabantur omnes, quam quibus rebus persuasione acceptis maximum bonum cōferrent ciuitati, ad idq; omni incumbebant studio, ut ciuitas uniuersa unum atque idem quam maxime ac semper in cantibus, fabulis et omni sermone decantarent, Quo ego plures & sua sponte bonos factos existimo, quam uel mercede, uel poenis, Et quia nec hoc artis sit ullius præmia uel poenas distribuere. Est enim postremus artis finis, scire sciriue posse, Vnde cuius præmia arti? quas poterit inferre plagas? liberne feriet? Næ ego unquam uel libris Rempublicam defendi, aut hostes expelli, uel uidi, uel legi, uel audiui. Ex hisce omnibus constare posse putant leges infinitas esse incertas, irrationabiles, fluxas & instabiles, falsas, item & erroneas, & ob id nec in artem redigi posse nec deberi, Quæ ego, Deo iuuante, et si firmissima apparent, summisq; munita & rationibus & auctoritate uiris, tamen dissoluam ac confutabo, quo ueritas nobis magis magisq; illucescat, ac quid uerum falso summe sit tanquam aurum & purpura (ut Platonis utar prouerbio) discerni dijudicariq; poscit.

Infinitas esse aiunt leges, propter infinitum personarum, factorumq; numerum. Sed non intelligunt ij, non in hominum innumerabilibus personis, neq; in infinita factorum temporumq; varietate, sed in generum causis ac naturis, omnia sita esse, quæ in dubium uocarentur, Atq; hæc ipsa quidem, si

dem, si in personis ponantur, quot homines tot  
causæ, sin ad generum uniuersas questiones refe-  
rantur, ita, modicæ & paucæ sunt, ut omnes eas  
diligentes & memores et sobrij legum cultores per-  
cursas, animo & decantatas habere debeant. Neg-  
etiam ob id in libris nostris nominatim refertur,  
(quod & Antonius se in Catonis & Brutis libris  
uidisse ait, & nobis infrequens non est) quid alicui  
de Lure uiro aut mulieri responsum sit, ut putare=  
mus in hominibus (ut illi) non in re, consultationis  
causam aliquam fuisse. Sed ob id potius, quod de  
facto consulti, de facto etiam responderint? Non  
autem in genere cum in rem suam quisq; non in  
alienam querat, Tum etiam quod omne Ius nostrum  
in facto positum sit, & quilibet minima facti uarie=  
tas aliud Ius sepe inducat. Nunc uero ut in cæ=  
teris artibus cum tractata sunt, cuiusq; artis difficil=  
lima, reliqua quia aut faciliora sint, aut similia tra=  
di non est necesse, ut in pictura, qui hominis spe=  
ciem pingere perdidicerit, potest cuiusvis uel for=br/>mæ uel ætatis etiam si non didicerit hominem pin=br/>gere, neq; est periculum, qui Leonem aut Taurum  
pingat, egregie ne idem in multis alijs quadrupe=br/>dibus facere non possit, neq; est omnino ars ulla in  
qua omnia que illa arte effici possint à Doctore tra=br/>dantur, sed qui primarum & certarum rerum ge=br/>nera ipsa didicerunt, reliqua persequuntur. Simi=br/>liter etiam fit in hac nostra Iurisprudentia, nam hoc  
semper inesse legibus credi oportet, Tertuliano

Iure=

Iureconsulto dicente, ut ad eas quog; personas & l. Ideo. l.  
ad eas res pertineant, quæ quandoq; similes erunt, nam ut ait  
Et ut Pedius ait, Vlpiano referente, bona occasio ff. de ll.  
est & cetera quæ tendunt ad eandem utilitatem uel  
interpretatione, uel certè Iurisdictione suppleri.  
Finitæ ergo sunt leges, ut quæ non (ut aduersarijs)  
multitudine personarum aut factorum, sed potius  
generum, quæ definita sunt, non solum numero, sed  
etiam paucitate, estimari debent. Quod uero aiunt  
legum nostrarum numerum ex hoc augeri, quod  
multæ sibi ipsi similes, et unum tantummodo casum  
decidentes appareant: Ego hoc facile negauero.  
Cum plures in uniuerso Pandectarum seu Digesto=  
rum Corpore, exceptis generalioribus Iuris Regu=  
lis quam quatuor (quæ mihi succurrunt, Hopperus  
duas tantum refert) leges et responsa sui similia atq;  
eandem habentia decisionem extent, ut sunt l. Si à  
furioso. Si cert. peta. & l. Si à furioso. De obli=  
gat. & actio. & l. extat: De eo quod me. cauß.  
& l. pen: Ad l. Iul. de ui prisa. Neq; etiam ha  
sine ratione repetitæ, cum ad utrumq; tractatum  
non minus aptè pertinere videantur, ac propter ple  
niorem utriusq; tractatus imaginem utriq; quoque  
adiectæ sint, in reliquis non puto (nisi me nunc fal=  
lat memoria) quicquam simile reperiri, in quo non  
aliquid etiam diuersum, & ab alio separatum, si  
bene & diligenter perspicias & undiquaq; repe=  
rias. Quod uero nonnumquam Iureconsultorum  
disputationes intermisæ sint, id quidem consulto &

summa ratione factum. Cum enim leges non nisi  
dubia et incerta decident atque definiant, operae pre-  
tium fuit, dubitandi quoque rationes nouas ad  
inscrere, cum ut ipsa etiam decisio mea  
firma contrariorum dissolutione redeat. Non  
cidior: tum etiam quod hoc ipsum quod  
conferat legum interpretationi, ut tantum  
qua ratione Iure consulti moti, eam nobis  
legem, neque ad alios aut dissimiles casus distractab-  
tur. Nouimus enim, et quidem omnes, qui huius  
artis praesunt professioni, quam saepè difficile sit, et  
rationem dubitandi inuenire, et difficilius, sine ea  
legem aut bene aut recte intelligere. Arguunt igitur  
contrarietatis ac pugnantiae leges nostras, ut quae  
saepè in uno, eodemque casu contraria decident. At  
sanè ego potius existimarim, nullum contrarium in  
Iure nostro aut simile esse, aut inueniri posse, si quis  
subtili animo diuersitatis rationes excutiat, quia est  
aliquid nouum inuentum, vel occultè positum, quod  
dissonantiae querelam dissoluit, et aliam naturam  
inducit discordiae fines effugientem. Quamuis non-  
nunquam ordo scripturæ Tipographorum neglig-  
entia turbatus, Antinomiam inducit, quae colla-  
tione reliquorum ac correctiorum exemplarum,  
principue uero Florentinæ editionis facile euitatur.  
Nonnunquam quid parum obscurè aut breuiter  
positum, quod ab alio dissentire uideatur, quod  
tandem uerbis singulis legum bene ac exquisite pon-  
deratis, aut Rubricæ sub. qua positæ sunt colla-  
tione,

tione, aut librorum ex quibus eae leges decerp*tae*  
sunt ratione habita, facile conciliatur. Nonnun= quam ipsius Iuris conditio, ut si quid nouiter con= stitutum, aut ab antiquo separatum est, Ea enim temporum obseruatione confer*etur*, Nonnunquam iusti & aequi differentia, quae naturalib. ciuilibusq*e* pr*æ*ceptis ad eam rem pertinentibus inspectis, ac hinc inde consideratis, facile appare*t*. Nec me mouet quid fuerint atq*ue* etiam nunc sint, qui Antinomiarum Pandectas culpare uidentur, ut Valla, Budoeus, Fulgo*s*ius, Baro & reliqui, Cum & Zai*s*ius ijs quae a Valla adductae sunt, respondisse satis uideatur, & reliquis alijs, neq*ue* enim sequitur aut hunc aut alium dissoluere non posse, ergo nec omnes posse aut plane Antinomias esse indissolubiles. Et maxime cum uideamus, ne ullam quidem Antiquiores contrarietatem in toto Iure admisisse. Quare satius est si que nobis dissolui non posse ui= deatur, hoc ipsum imbecillitati ac tenuitati nostrae adscribere, eamq*e* interim alijs conciliandam pro= ponere, quam Iurisconsultos illos nostrosq*e* legum compositores Iuris certe & aequi studiofissimos, ex qui in hac uel maxime laborarunt, ne quicquam nobis, aut simile, aut contrarium relinquenter, con= trarietatis aut erroris accusare: aut etiam superiorib*us* nostris Doctoribus Accursio, Bartolo, Bald*o* & reliquis in eorum conciliationibus accedere, don nec melior nobis animo resideat opinio, ne ita leges hinc inde torquendo retorquendoq*e* multa confun=

dere, aut nodum in scirpo (quod aiunt) querere  
uideamus. Semper enim magis facilitati quam diffi-  
cultiat aut ambiguitati Professorem Doctoremq;  
consulere decet. Instant vero et nobis obijciunt,  
aliud tamen saepe Ius naturale precipere, et Gen-  
tium aliud, et aliud ciuale. Quia igitur ratione, id  
fiat nunc uideamus. De quo sic ait Vlpianus : Ius  
Ciuale est quod neq; in totum a naturali uel genti-  
um recedit, nec per omnia ei seruit. Itaq; cum ali-  
quid addimus uel detrahimus Iuri communi Ius pro-  
prium (id est) ciuale efficimus, Quod ut rectius in-  
telligatur, nobis quam diligentissime discriminem eo-  
rum obseruandum est, quae communiter naturalia  
dicuntur. Sunt enim quedam a natura insita ac  
tributa, et quae nos summa uocamus principia, quae  
semper tam necessaria ac firma sunt, ut hisce mu-  
tatis ordo quoq; rerum simul corruat, Ut ignem  
urere, graue deorsum, leue contra sursum ferri.  
Deum colere ac reuereri, honeste uiuere, Ius suum  
cuique tribuere, et alia id genus, quae quidem  
nunquam fallunt, sed perpetuo manet immutabilia.  
Alia uero hisce inferiora, quae quidem et si natura  
conscient, tamen secus euenire possunt, ut natura  
quidem robustior est dextra, attamen fieri potest,  
ut omnes utraq; ut dextra utantur. Et ea quidem  
indifferentia sunt, namq; ordinem naturae nec per-  
uertunt, neq; etiam immutant, Eiusmodi sunt, quae  
de libertate, de rerum communione, ac pace dicta  
sunt. Hec enim, et si iuris naturae esse dicantur,

non

non tamen alia ratione quam conuentis & utilitate  
diriguntur. Ac et si quidem in natura integra ita  
salua ac integra permanere potuissent, tamen nunc  
in depravata natura ratio aliud saepe suadet, ne  
bisce quoque manentibus maiora illa ac superiora  
uiolentur. Quare nonnunquam ab illis recedit ius  
gentium, ut in hoc iure naturae omnes homines li-  
beri fuerunt, subortis autem propter seditiones bel-  
lis, ne paucim omnes interficerentur, captiuitas sub-  
secuta est maioris mali evitandi cauſſa. Sic cum  
cauſſa querendi ac tuendi res, pares non essent,  
plus enim diligens & operosus, minus ignarus  
quærebat rerum distinctio, ac modi singulæ res ac-  
quirendi introducti, ne homines inter se diuisi, di-  
uisam quoque redderent humanam societatem. Non  
uero in totum mutantur. Ita ius Ciuale seruorum  
libertatibus derogauit tantum, non in totum susti-  
lit, Cum etiam modos eius in seruos potestatis sol-  
uende adiuenerit. Ita iura sanguinis non dirimit  
sed effectus tantum eorum suspendit, atq; id ipsum  
propter evidentem societatis humanæ commodita-  
tem atq; urgentem necessitatem. Idem etiam cum is  
qui damnatus est, aut ciuitate pulsus, pro mortuo  
Iure Ciiali habetur, Quia & natura uiuit, & quo  
ad communis Ciuitatis Iura mortuus, neque enim  
damnatus exul, desertus ab omnibus, qui nec do-  
num nec familiam habet, quem propter animi im-  
portunitatem nemo recipere tecto, nemo adire, ne-  
mo alloqui, nemo respicere uellet, in uiuis iure ha-  
betur.

betur. Ita quoq; contra Inferius naturæ principium  
(sunt enim principiorum gradus) propter commu-  
nem hominum utilitatem, usus captio iure Ciuli fuit  
inducta, Namq; & hoc natura magis æquum est  
moram suam cuilibet esse nocuam, neq; iniustum  
rei ab altero neglectæ possessionem apprehendere,  
& Ius dominij querere, dominiorum ob publicas  
priuatasq; utilitates distinctione admissa. Quod  
uero magis dicunt, non eadem illa Iura omnibus  
prodesse, neq; ijsdem legibus omnes teneri, Id hu-  
iusmodi est, quod non mutatis, sed transpositis, ut  
Plato dixit, potius legibus sit opus, non ut ijs quæ  
sunt, non pareamus omnes. Namq; leges eæ quæ  
communiter latæ sunt, omnes communiter tenent  
atq; ligant. Quod uero interdum circumstantiarum  
habito respectu, alijsq; sæpe in locis aliud quippi-  
am quam quod communiter obtinet statuatur, Id  
ex eo fit, quod bonum publicum alio atq; alio in lo-  
co sæpe aliud desideret, Atq; hoc communiter eius  
modi est, non legibus communiq; Iuri repugnans,  
et si enim huic propter publicum commodum quid  
addat aut etiam detrahatur, tamen Ius Ciuale ac com-  
mune semper idem manet, nec mutatum sed trans-  
positum, ut Plato uoluit, idem perseverat. Neque  
etiam eadem ex caussa magis tota hæc ars nostra im-  
mutata dicetur, quam cæteræ. Namq; ut in Medi-  
cina manet ordo demonstrationum etiamst alijs sub-  
iectis aliæ curationes accommodantur, ita quoque  
legibus quibusdam interdum transpositis atq; trans-  
mutatis,

mutatis, tamen ordo uel Harmonia uniuersarum legum ac Iuris immutabilis permanet. Illud enim quod æquum & iustum est iustum, nec non iniustum quod curq; iniustum est, atq; id quemadmodum hic, sic & ubiq; gentium existimatur, nonne item plus trahentia grauiora hic censentur? que minus leuiora? atq; alijs idem? pulchra quoq; ubiq; pulchra putantur? turpia contra turpia? non autem pulchra turpia, uel turpia pulchra, nonne etiam per omnia generatim quæ uera sunt, esse censentur? non autem quæ minimè uera tum apud nos tum apud homines uniuersos? Ergo quisquam à uero aberrat à legitimo quoq; aberrat. Ergo eadem legitima semper & inter ceteros esse uidentur. At absq; sine quotidie leges sursum deorsumq; mutantes, non erunt eadem legitima? Respondeo hacc, non mutata, ut dixi, sed transposita semper eadem perseuerare. Quia non aliter quam agricola spargendorum in terra semimum peritus, utiq; convenientia semina unicuiq; solo distribuit, Tibicen & Cytharista in ipsis ad harmoniam pulsationibus bonus legis conditor est ac pro dignitate impertit, & cuius leges rectæ. Medicus item optimè demum is corporibus alimenta accommodare potest, qui congrua cuiq; adhibere nouit, Sic pedotriba partitiones institutionesq;, quibus humani corporis gregem pascat, optimè nouit, Pastorum quoq; leges ouibus optimæ & bubulci bobus, Sic quoq; regis leges animis hominum, diutiusq; conseruantur. Isti ergo

omnium legum latores excellentissimi sunt, qui non  
aliter quam medici corpori adhibent, ut bonam ua-  
letudinem tueantur, nutrimentum & exercitium  
tum intendens tum remittens, Atq; ita corpus com-  
ponens. Nam quemadmodum in corporibus fieri  
non potest, ut aliquod unum uni corpori studium  
accommodetur, quod non idem alijs prodeesse, alijs  
obesse uideatur, Sic & in Ciuitate fit interdum, le-  
ges plus duræ per legislatores mitagentur, Leges  
enim huiusmodi ferenda sunt, quales multitudo &  
populus libenter suscipiant, perinde ac gimnasij  
Magistri ac Medici cum uoluptate corpora curant,  
eisq; iucundè medentur, Interdum ut duriores fiant.  
Namque propter delinquentium multitudinem &  
Gigantiam hominum audaciam poenæ legum ex-  
asperandæ sunt etiam, ne ipst, uel non, aut mittius  
puniti, totam cuertant Rempublicam. Hæc et si fi-  
ant, tamen leges ipsas non mutant, Sed potius con-  
seruant ac erigunt. Medicorum præcepta, nec pe-  
dotribarum minus firma sunt ac perpetua, et si alijs  
atq; alijs modis, alijs atq; alijs medeantur. At in-  
quiunt, nec tamen secundum hoc Ius scriptum, sed  
equitatem iudicari & mores. Respondeo, Hoc  
quidem uerum esse, æquitatem, sæpe aliud suadere  
quam Ius strictum, quod quidem simpliciter de-  
finitum, non circumstantias caffarum considerat,  
cui tandem accedit æquitas, que nihil aliud est quam  
legis scriptæ mitigatio, Ut lex homicidam capite  
iubet puniri, at adulterium committentem à patre

cm

cum sua filia, repertum occidentis poenam æquitas  
propter iustum dolorem remittit. Ita etiam ille qui  
furore occidit, quia iam satis ipso furore punitus  
sit. Hæc autem & eiusmodi quæ omnia ad æquita= =  
tem sp̄ectant, & que atq; etiam summum seu strictum  
ut uocant Ius, in legibus nostris reperiuntur, ne uel  
cuiuspiam calumnijs locus esse possit, aut quiuis sibi  
& pro suo capite æquitatem imaginari, quid enim  
tum opus esset legibus ullis? nibil ergo æquitas illa  
nec nouat, nec auget nec mutat, Sicut nec ea quæ  
uel ciuiliter iusta, aut naturaliter æqua in uno eo= =  
demq; dicuntur, quia unum atque idem de eodem  
semper concludat ac definiat Ius scriptum. Quare  
etiam ex naturalibus gentium & ciuibus præce= =  
ptis constare dicitur. Vnde etiam meritò Cicero  
dixit: Ius Ciuale non idem continuò gentium, sed  
gentium idem Ciuale esse. Ita & omnes Reipublicæ  
Romane mores hoc Ius nostrum continet, ne uel ij  
quicquam immutare, emendare, uel etiam addere  
possint. Minus me inter cætera, hoc mouet, quod  
leges pro constituentis ualeant arbitrio, qui easdem  
& mutare, & abrogare potest, quia nec leges sine  
ratione mutari, nec si iniustæ latæ sint, ualeant, l.  
fin. C. Si contra ius uel utilita. publ. Eæ uero quæ  
iustæ sunt, omnes semper & perpetuò maneant,  
quamvis circa accidentia interdum uarent, ita ta= =  
men ne communi Inri quicquam derogare possint.  
Ita ualent leges municipales quarundam ciuitatum  
non aliter quam prinatorum conventiones, quas

pro

pro suo libito facere, confirmare, minuere & abro-  
gare, & tollere possunt, Quo tamen Ius commune  
semper suam firmitatem & robur obtinent. Quod  
autem aiunt ex Iudicis nonnunquam pendere au-  
thoritate legem, ego negauero, & quidem recte,  
Iudex enim non est, ut eum sequantur leges, sed Iu-  
dicis est officium leges omnimodo sequi, & secun-  
dum eas iudicare. Quod si minus faciat, poenam  
merito & iure & legibus ipsis luit. Namq; ut Phi-  
losophus dixit: Qui legem uult præsse, is Deum  
& leges uult præsse, qui uero hominem legi, be-  
luam preficit, omnis enim generis corruptioni im-  
becillitas animorum nostrorum subiecta est, at im-  
quiunt: Quid ni igitur Iudex sententiam a se falsa  
dictam retractare potest? Ego & hoc propter pu-  
blicam Iurisdicendi authoritatem ita esse, dico con-  
stitutum, cum quod turpe sit, ipsum sibi ipsi contra-  
rium esse iudicem, Cum quod persæpe, si illud semel  
uni aut alteri permisum esset, ad exemplum trahi  
posset, & ab utraq; parte corruptus pro utroque  
sententiam ferret, & pro eo qui posterius & plus  
obtulisset posteriorem. Cum quod non sit opus, sunt  
enim hac in parte alia litigantibus constituta reme-  
dia, uel ut sententia ipso Iure dicatur nulla, ut con-  
tra Ius expressum lata, aut si contra Ius litigatoris  
remedio appellatio[n]is rescindatur. De Interpre-  
tum item quid dicam uarijs opinionibus, que me  
nibilo minus urgent. Interpretam enim eum dico,  
qui recte interpretatur, Qui uero recte interpre-  
tantur,

tantur, illi omnes uno eodemq; modo leges intelligunt. Mutantes igitur dissentientesq; ignorant. Ita enim et medicos eos dicimus, qui curare sciunt, et tamen quae circa ualitudinem esse censem, conscribunt. Scripta igitur Medicorum leges sunt et Geometricarum scripta Geometrarum leges, Atq; ijs semper idem statuunt, Ergo illos etiam nostros, qui dissentunt, non interpretes, sed uel calumniatores aut ignaros earum legum appellabis. Aliunt ijsdem ob id incertas esse leges, quod earum nec rationem reddi uelint Iureconsulti, nec etiam posse, affirment, in quo sane ipsi quid sibi uelint Iureconsulti, non intelligunt, non enim rationes legum prohibent inquiri, quas alibi quam diligentissime iubent, ut ex ea mentes legum eliciantur, sed hoc saltem, ut si quarundam legum rationem inuenire non possumus, non ob id de illis dubitemus. Sunt enim plurimae præcipue uero antiquae, quarum ne ratio quidem inueniri aut saltem difficulter potest. Propter temporum, quae uariè mutantur, ut diximus, ac persæpe legum etiam mutationem inducunt, iamdiu præter lapsam etatem. Cum quod nec aliarum artium præceptiones causis et rationibus suis quandoque possint confirmari, hac enim ratione nullus esset demonstrandi finis, daretur semper caussa causæ, et ratio rationis, et fieret progressio in infinitum, Quare scientiae et incertæ essent et infinitæ, quod à ratione est alienum. Multa enim sunt in Iure, quorum caussas inquirere, magis esset laboriosum

riofsum quam utile aut necessarium, Neq; enim cur  
honeste uiuendum, cur nemo ledendus, cur suum  
cuiq; tribuendum, anxie inquirimus, sed ea tan=   
quam prima principia, contra quæ disputans nun=   
quam audiendus, tanquam nota & manifesta atque  
indubitate ponenda sunt, multa etiam à maioribus  
recto consilio, iam à nobis ignorato, certisq; de  
causis statuta sunt quæ nos latent. In his igitur si  
non exactè uoluntatem & rationem immediatam,  
ut uocant, inuenire, cur unum quodq; positum sit,  
ualeamus, probabilitate & coniecturis, ad hæc, con-  
suetudine & authoritate contenti esse debemus.  
**Quid** etiam? Si earum legum quæ hodie à nostris  
correctæ sunt, rationes curiosius inquiras, an ne la=   
borem tibi & dubitationem adauxeris, & certitu=   
dinem atque posterioris legis intellectum propemo=   
dum sustuleris. **Quod** aliæ item indifferentes sunt,  
quæ non nisi ex legislatoris pendent autoritate,  
quid opus de his est anxious inquirere? Ut cur non  
magis octo, aut nouem, aut quinque, uel sex testes,  
quam septem in Testamento esse uoluerint. Et ideo  
rationes eorum quæ constituuntur supersticiosius in  
quiri non oportet, alioquin multa ex ijs quæ certæ  
sunt, subuerterentur. Tale itidem illud est, ex dicto  
Iureconsulti in lege Omnis definitio. ff. de Rer.  
Iur. Omnis definitio, inquit, in Iure ciuili pericu=   
losa est. Nam rarum est quin suberti possit, Defi=   
nitionem enim pro generali Iuris Regula quadam  
accipio, quæ ut et sit generalis, tamen nonnunquam

& sape

Et sepe etiam limitationes restrictionesq; et propter easum uarietatem, personarum, temporum, aliarumq; circumstantiarum mutationem recipit ac patitur. Quare periculosem est à regula Iuris argumentari, cum in speciali casu aliud decisum esse possit. Et in toto Iure generi per speciem derogatur. Hoc est quod alibi Celsus adolescens ait, In questionibus que de bono et aequo sunt, nonnumquam sub Iuris scientia quam perniciose errari. Hinc etiam ita quædam ex Regulis nostris conceptæ sunt, ut dictiones non prorsus omnia complectentes, aut, ut uocant, exclusuas habeant, ut puta, fere, nonnunquam, plerung; frequenter et families, quæ non omnia, quamvis multa contineant, Ita regulariter hoc uerum dicimus, quod exceptionem in Iure expressam uel nonnunquam aut sepe patitur, Non uero quod in universum uerum dicimus esse. Sunt enim eæ Regulæ nihil aliud quam breues quædam caussarum coniectiones, ex communibus pluriumq; caussarum ex una atq; simili ratione dependentium decisionibus ac responsis depromptæ. Vnde et illud est, quod Iureconsultus ait. Non ut ex Regula Ius sumatur, sed ut ex Iure quod est regula fiat, quæ rem breuiter enarrat, quod etiam de his intelligi potest, quando non solum illud idem quod est, enarrat, iusq; iam sparsim decisum aperit, uerum etiam quando uel aliquid tacite ex Iure colligit, aut quod in Iure observatur nobis indicat. De Iureiurando uero

quod

quod aiunt, ut nonnullis in locis sacrarum literarum  
penitus prohibitum videatur, non me mouet, Quo=  
niam quantum ad eos attinet, ita ipsos accipiendo  
esse censuit Augustinus, & post cum alij, ut non de  
Sacramento publicè in Iudicio dato intelligentur,  
sed de priuato, quod propria uoluntate supersticio= neue suscipitur. Nam quemadmodum in causis  
priuatis, & uita communi deciderare partim pericu=  
losum est & ad periurium proclive, partim nihil  
aliud, quam Sacrosanctum Dei nomen rebus fri=  
uolis & manibus admiscere, ita per contrarium, ut  
in ijs iudicijs in quibus nulla ope humana ueritas  
exquiri ac erui potest, ad Deum Opt. Max. tan=  
quam ad summum ac supremum Iudicem prouoca=  
tio sit, non solum ad expediendas lites, maximam  
habet oportunitatem, uerum ad conseruandam eti= am,  
& stabiendam in Repub. Religionem, Atq;  
hac quidem etiam caussa fit, ut nec in periurium in  
quiratur, quasi uidelicet utile sit Reipublicæ, teste  
Cicero. Deum ipsum vindicem contemta religio= nis constituere, nec de facili suspicari, quenquam  
esse tam deploratum, qui tam nefarium & impium  
scelus in se admittere uelit. Minus uero ea quæ  
de Vsuris & Concubinatu, legibus nostris tradun= tur, cum ea non introducta Iure Ciuili, sed euitandi  
maioris mali caussa permissa sint : & quod magis  
est, modus etiam adhibitus, ne nimium diuagentur,  
Vsuræ quidem ob id, quia sine lucro, quod quis ex  
re caperet, alter alterum re sua iuuare prorsus  
nollet,

nollet, quo saepe fiebat, non modo homines in ne-  
cessitatibus derelinqui, sed et planè perire, quare  
satius erat (modo tamen à legibus adhibito) modi-  
cam aliquam permettere usuram. Concubinatus ue-  
ro, ne cum talis esset et ferueret iuuenilis etatis  
atq; hominum impudicitia, ne uel ardore impulsi,  
aut furore, qui proprius est illorum hominum, ac-  
censi et ad adulteria et supra, que longè peiora  
sunt, raperentur. Ita Concubinatum à Moise om-  
nium Legislatorum principe, et quidem ore diuino  
leges ferente, iudaico populo fuisse permisum le-  
gimus. Ita propter cordis illorum duritiem (ut  
Christus ait) eis literas Repudij permissu Legis  
Mosaicæ dare licebat, ne forte peius quiddam sub-  
oriretur, Ergo hoc ut inter plura mala minus eli-  
gatur, et Iure fori, non autem Poli licere ob publi-  
cam tranquillitatem, et humanæ uitæ societatem  
posse confido, neq; ob id leges erroneous aut incertas  
appellantur, Ut que Iuri diuino contrarie sint, sed  
potius nostris aduersarijs ita uideantur. Tale etiam  
illud est ipsorum argumentum, quod de Iuris fictio-  
nibus obijciunt, ut si uiuum mortuum, mortuum  
uiuum leges habeant, et similia. Velim enim, ut fi-  
ctionum prius in Iure nostro leges ac rationes me-  
lius intelligant, quamuis enim lege nonnunquam  
babeatur, id pro eo quod non est, alicuius maioris  
absurdi uitandi, uel boni constituendi caussa, tamen  
hoc ita fit, ne quid circa ea, que natura in suo ge-  
nere sunt impossibilia fingatur et si in specie non

D

ita

ita sunt, namq; fieri potest, ut is qui in utero est aliquando nascatur, ut is qui apud hostes fuit, Ius Ciuitatis saluum recuperet, oportet enim non artem peruertere naturam, aut corrumpere, sed uestigijs eius insistendo solerter eam imitari. Cum quod non dicant Iura, hoc ita esse, sed Iure Ciuili ita haberis, et quod in ijs idem Iuris sit, quod in illis quae reuersa sunt, Et hoc uel propter evidentem aliquam utilitatem, et cum aequitate coniunctam, ut in Publiciana ubi usu cepisse a pretore fungitur, qui non usu cepit, licet enim nullum Ciuili Iure remedium sit proditum, quo ei subueniatur, tamen aequitas suadet, ut ex duobus possessoribus preferatur ille, qui temporis prerogativa est subnixus, cum alterius petentis nihil etiam intersit, possessoris uero maxime. At dicat quis: Cur igitur non recta datur a lege actio? Respondeo, ne nouum quippiam videatur constitutum, et communes Iuris Regulae, aut leges sibi ipsiis contrariantur. In rem enim Iure Ciuili nisi dominus agere non poterat, neq; etiam is qui rem bona fide possebat, ante completam usus capionem dominus rei fiebat. Ergo in rem agere non poterat, Possessione igitur ac Iure usus capiendo antea sibi per primam possessionem, et iusto titulo quae sit am priuabatur, ab eo cui minus esset Iuris, Quare haec per Publicium, et fictio, et actio, prodita fuit, per quam et se quasi usucapisse, et rei quasi dominum esse petitior dicebat, ut eo iure, rei possessionem recuperaret.

Videtis

Videtis ergo has fictiones non esse Iuri naturæ contrarias, ad ciuiles saltem effectus non solum utiles, sed & pro suo cuiq; iure retinendo necessarias, & ipsa quoque Natura æquissimas. Sed nondum cessant illi nobis aduersari, qui nec leges esse debere contendunt, tum quod plane inutiles sint, & ad instituendos & retinendas mores, quod boni illis non egeant, mali uero non timeant, tum etiam, quod optimi quiq; sine lege ulla saepe fuerint, ut in auræ illo saeculo, in quo omnia bona & æqua, leges tam nullæ, Iura nullæ fuere. Quibus ego id responderim: Quicquid illi de aureo suo iactent saeculo, illud antiquorum cum poëtarum, post Philosophorum, id quod ex Sacra Scripturæ libris patet, aut figmentum, aut imaginationem quandam fuisse, quod reuera ita extitit nunquam, Sed ut ut fuerit, superiora & proxime præcedentia respiciamus saecula, uidebimus, certò scio, homines fuisse semper sceleratissimos, pessimos, atq; omni uitiorum generi semper addictissimos. At unde istud? quod leges uel non habuerint, aut certè spreuuerint, contempserint, oderint etiam. Qui si pœnas lege cogente non dedissent, totam euertissent mundi machimam. Respiciamus enim & nos ad Romanæ Reipub. pristinam conuertamus faciem, an non quam diu sine lege uixit, tam diu etiam aliorum rapinis, iniurijs exposita fuit ac quassata? Quamprimum autem leges recepit, & uires simul & arma pro sui defensione recuperauit? Quid? Cum sine iure & Legibus uel

nulla uirtutum esse, aut oriri posset. Quid enim  
virtus est? Aristoteles habitum nominat. At ex sui  
similibus actionibus habitus oriuntur: Nam cum  
ea facimus quae pacis continentur, quae in aliis  
inter ipsos intercedunt, alij iusti, alia communitati  
efficiuntur. Item qui fortiter agunt, que  
fortiter uiuunt, fortes & temperantes dicuntur. At  
unde nobis actiones istae? Natura ne? Cat non  
ergo omnes boni sumus pariter, omnes etiam docti,  
iusti, modesti & temperantes? nonne enim quod in  
suum est, & innatum, aliter atq; aliter assuevit, ut  
lapis qui sua sponte deorsum fertur, nunquam in  
sublime ferri assuecat, nec si millies quidem quis  
eum sursum, ut consuecat, emittat. Eodemq; mo-  
do nec ignis deorsum, nec aliud quippiam aliter atq;  
ipsius natura ferat, potest assuescere. Non igitur a  
natura, quamvis nec contra naturam in nobis insunt  
uirtutes. Vnde igitur? Cum duo sint uirtutum  
genera, alterum earum, quas in ratione esse dici-  
mus, Alterum earum, quas morales & uoluntariis,  
Rationis quidem magna ex parte a doctrina ortum  
acceptionemq; habent. Ita & exercitationis indi-  
gent & temporis. Moralis & uoluntaria uirtus  
consuetudine ac more, unde etiam nomen sumpfit,  
omnino comparatur. Est igitur haec omnium, qui  
leges imponunt, sententia & uoluntas, hoc uolunt,  
hoc spectant, ut disciplina, doctrina, & exercita-  
tione, ciues bonos & legibus obedientes, efficiant.  
Ad hoc medijs quibusdam utuntur, erga honestos  
& bonos,

et bonos, quo bonitatem illorum adaugeant, et  
quasi stimulos addant, premiorum exhortationes.  
Nam et præmiis per se quisq; alicitur, et uim ali-  
quam exhortationes habere, ut simul etiam ea que  
rationis est expers uis quodammodo rationi pareat,  
et admonitiones, et obiurgationes, et adhorta-  
tiones parentum et amicorum indicant. Si qui uero  
Gigantea sint audacia, illos cohære et coherceri  
oportet, et frenum iniucere, ne latius excurrant, et  
sua dispergant semina, aut omnino tolli, ut illo-  
rum exemplis alij terreantur, et terræ ac ciuitates  
iis purgentur hominibus, quibus superstibus in-  
columis, nec Reipublicæ, nec ciuium salus esse pos-  
set, Quibus tandem si omnes pariter optimi opus  
non esset, sed quia tanta sit male consuetudinis cor-  
ruptela, eam tolli, et hoc legibus omnino est ne-  
cessere, Id Iurisconsultus facit, quara non iniuria bo-  
nos facere dicetur, non quod hoc solius ipsius sit ar-  
tis quam prius cognosci oportet, Sed ciues qui se-  
cundum artem est usus atq; actionis. Hoc quod in  
caeteris fit artibus, Quæ enim facienda sunt cum di-  
dicimus, et tum cum agimus discimus maxime, ue-  
luti homines, tum architecti existunt maxime cum  
edificant, et citharœdi cum fidibus utuntur, simi-  
liter tum iusti, temperantes, fortes efficimur, maxi-  
mè cum ea quæ iusta sunt, quæ modesta, quæ fortia,  
facimus. Iam uero quæ nobis à natura tributa sunt,  
eorum primum facultates accipimus, deinde officijs,  
muneribusq; fungimur, quod in sensibus cernere

D ; licet,

licet, neq; enim ex eo quod crebro, aut aspeximus,  
aut audiuimus, sensus accepimus contra quam eo=rum cum iam essemus compotes, eis usi fuimus, non  
cum ipsis usi essemus, percepimus. Non igitur na=ture boni sunt, sed potius doctrina, exercitatione,  
& disciplina, quæ Iurisconsultus omnia Reipublicæ  
benè constituendæ adhibet quam diligentissimè.  
Neq; etiam boni & æqui cognitio sine his percipi  
aut haberi potest, Quamuis enim ea uis, ut Cicero  
ait, senior fuerit quam ætas populorum, & simul  
cum cœlum & terras intuente ac regnante Deo,  
(Quanquam hoc ipsum non in uniuersum negau=rim. Sunt enim quæ instinctu naturæ, naturaliç;  
Iure habentur) tamen his solum æquitas non conti=netur, Sed est etiam alia ipsorum inter se Iurium  
communicatio, ex qua iustum æquumq; est efflu=xum: quod non cuiq; natura tribuit, sed ex pru=dentissimorum uirorum, florentissimarum Rerum=pub. & optimarum Ciuitatum communi extitit  
compositione. Hæc scriptis comprehensa, ordine  
digesta ac pro legibus obseruata, iuris artisq; no=men merentur: Ut enim hoc sit, æquum & ini=quum, iustum atq; iniustum, natura dignosci posse,  
Tamen istud quidem nihil aliud est quam opinio &  
unius atq; alterius hominis, non confirmata. Esto  
enim, ueram illam esse, tamen stabilis non perseue=rat, neq; diu consistere potest, Sed ex hominis ani=mo confessum aufugit. Quapropter non multi prä=tij est, donec quis illam ratiocinatione à causis  
ducta

ducta ligauerit. Postquam uero ligata est, primum quidem scientia fit, deinde perseverat, proptereaq; scientia recta opinione præstantior est, ab eaq; uinculo quodam discrepat. Hinc Ius illud nostrum scriptum, ubi omnia pulcherrime proposita rationibus ac causis demonstrata, & iuste sunt decisa, sine quo hominum opiniones de Iure & æquitate incertæ, ac tanquam Dedali statuæ fugaces essent. Sime quo neq; quisquam quo iure uteretur, qua lege uiueret, scire posset, leges ergo scriptæ retinendæ sunt, atq; diligentissimè obseruandæ, Sed ex ipsis audio: Mores potius serendos esse, non omnia scriptis sancienda. Quid autem quæso Ius nostrum babet aliud quam consuetudines Optimarum Rerum publ. mores iam disciplina & principum, populorumq; communibus sponsonibus comprobato, qui quomodo sciri, aut etiam ita confirmati à tanto tempore sine scripto existere possent. Quid ais non scriptum equius? quasi uero hoc ab ijs conditum esset, qui se illi obtemperare recusent, Nonne hoc fecit princeps? qui se legibus ligatum profiteatur, nonne populus qui eodem non alio semper est usus. Atq; idem ipsum quod in alios statuit, naturæ æquitate consentiens obseruavit, & primum & quam maxime. Quid ergo nunc restat? Non scriptis aiunt tanta commentariorum moles appensa non fuisset, Quid uitiumne id legum est? an horum leges hoc perpeti quod ipsæ prohibuerunt. Nouit enim hoc & quam optimè nouit ita futurum

Iustinianus, Quare publico cavit interdicto ne fieret, Sancimus (inquit) ut nemo nec eorum qui in praesenti Iuris peritiam habent, nec qui postea fuerint, audeant commentarios iisdem legibus annettere, nisi tantum si uelint eas in græcam uocem transformare, sub eodem ordine, eademq; conuentia, sub qua uoce Romana posite sunt hoc quod Græci κατα πόδα dicunt, uel si quid forsitan per titulorum subtilitatem annotare maluerint, et ea que ῥεργατίτλα nuncupantur componere. Alias etiam legum Interpretationes, Imò magis peruersiones eos iactare non concedimus, ne uerbositas eorum aliquid legibus nostris affraterat ex confusione dedecus, quod in antiquis edicti perpetui commentatoribus factum est, qui opus moderate confessum, hic atq; illuc in diuersas sententias producentes, in infinitum distraxerunt, ut penè omnem sanctionem Romanam confusam esse cerneret, quod si non passi sumus quemadmodum posteritatis admittatur uana discordia? Si quid autem tale facere ausi fuerint, ipsi quidem falsitatis rei consti-tuantur. Volumina autem eorum omnium corruptantur, O Iustinianum prudentem, qui hoc id quod nos hodie deploramus, iam diu præuidit, ac etiam lege cavit, An ne adhuc legibus id tribuendum est uitij? per se puris, innoxijs, perspicuis, certis, facilibus, bono digestis ordine, ac nitidissimo fulgentes splendore, quid non corruptas ac confusas doleamus, ea deploremus tempora, et contra, hoc lau-

demus

demus seculum, quo lux illa redit antiqua legibus,  
ubi omnes ferè communiter docent interpres, ex  
fonte potius quam aqua turbida bibendas ac discen-  
das leges. Has diligenter euolute, reuolute, edi-  
scite ac memoria tenete, ut eò non solum Iusti ipsi  
fieri & religiosissimi, Sed & alios institutione ac  
disciplina uestra bonos reddere possitis.

Habetis auditores, omnia ea quæ me hisce orationis meæ partibus dicturum, promiseram. Iuris prudentiam artem esse & meritò cognominari ita debere, audiuitis. Argumenta aduersariorum ac tela accepistis, & propugnacula simul, quibus non solum uestram propugnare sententiam, sed & uiatoriam reportare facile positis. Omnia profectò ni fallor digna hoc conuentu, & silentio digna uestris studijs atq; auribus. Me igitur ad tertiam atque ultimam orationis huius partem confero, in qua me ostensurum promisi, qua arte & quomodo omnes Iuris nostri libri compositi ac editi sint, ut uobis eorundem omnium & singulorum ordo, methodus, œconomia atq; ars quam facillime, & oculos quasi appareat. Quia in parte & mihi benignas & attentas præbere aures uelitis uos per uestram benevolentiam ac proprium quem ex ea re percipietis fructum, obtestar atque oro.

D S.      Sequi-

**A**Ntequam uero ad ordinis demonstrationem accedam, prius uos admonendos duri, quibus ego potissimum causis commotus hunc laborem (me Hercules) permagnum, difficilem ac a permultis desperatum aggredi uoluerim.

Monuit me primò uberrima atq; quam maxima rei utilitas, ut hoc effectio totius atq; uniuersitatis Iuris Ideam quandam habere, et quasi ob oculos positam, primò etiam intuitu cernere possem, Deinde quodcum tūm facillimè in omni consultatione, causisq; propositione intelligi posset, a quo capite ac titulo eius decisio repetenda esset. Neg; enim facile casus quispiam obuenire potest, quod eius argumento non sit titulus seu Rubrica decisionis. Cum quod uiderem studiosis ex hoc facile modum inquirendorum titulorum ac legum a præceptoribus aut paßim a Doctoribus allegatarum constare, et quasi ipsis et sua sponte quæque uenirent obuiam, nec ad Indices sèpe recurrere quo negliguntur multi ita foret necesse. Tum etiam quod statim in præelectiōnibus, ubi lex allegata sit, et sub quo posita sit Titulo indicata, fere et inductio eius aut intellectus etiam prima fronte se offerat. Vidi hæc utilitatis esse summæ delectationis non minus habere, Quid enim quæso, magis studiosum Iuris delectabit? aut etiam iuuare in discendo poterit magis quam rerum consequentiam atq; ordinem habere, atq; materia-

Tunc

rum connexiones tanquam articulos nosse, Quid enim uel sine ordine disci? aut uero etiam retineri potest? eius in omni studio Philosophi fuerunt quam accuratissimi obseruatores, Iurisconsulti uero nostri eò magis esse debebant quo illorum campus in quo uersantur, latior est et amplior, ne uel uia incognita quis ab ea aberrare, et serius ad metam peruenire, aut etiam ingressam deserere cogeretur. Ordinem uero aliquem in libris nostris obseruatum esse, Iustinianus in ipsis institutionibus satis declarat, ubi ipse saepius ordinis rationem nobis inculcat, Id quod etiam Iurisconsulti persepe in Pandectis fecerunt, et a Iustiniano in Prohæmio Pandectarum et Titulo Codicis, de ueteri iure enucleando factitatum est. Quis autem obseruatus sit et qualis? Iurisconsultus Hermogenianus docet in l. 2. ff. de statu hominum. Cum igitur hominum caussa (inquit) omne ius sit constitutum primo de personarum statu, ac post de cæteris ordinem perpetui edicti secuti, et his proximos atq; coniunctos applicantes titulos ut res patitur dicemus. Ordinem enim perpetui edicti feruatum esse ex libris nostris apparet: quod uero nonnunquam et in quibusdam partibus non obseruatus sit, eius rationem communiter reddit Iustinianus. Si præter hæc nonnulli sint qui neglecti, eum ordinis accusent, uideant ipsi nuel se propriæ potius ignauiae aut inscitiae reos faciant. Neq; enim mihi adhuc fit uerisimile, quod is qui certum sibi ordinem nempe perpetui edicti propositum

positum habuit, eundem non sit secutus, aut ubi= cunq; non secutus sine alia commodioriq; ratione desciuerit. Neq; enim similius ueri est eum qui in aliquibus libris, atq; etiam legibus ipsis ordinis se= pe rationem habuit, eumq; indicauit, eundem sal= tem in cæteris ac perpaucis neglexisse, aut homi= nem operosum & diligentem gloriæ item & hono= ris, qui ex ea re uel maximus illi debetur, percipi= dus sui ipsis immemorem aut tam negligentem po= stea factum esse. Cum quod etiam ordinem nonnum= quam neq; hoc inconsulto alijs atq; alijs in libris, ut in progressu intelligetis, mutauerit. Quod uero is hoc tempore & nostri saeculi Iurisconsultis sit ali= quanto obscurior, fecit primo rerum uarietas, que per se homini non penitus rem intuenti ordinem nō facile receptura uidebatur. Propterea quod uulga= tum sit inter singularia ordinem non esse. Secundo, Quod non eadem semper sit ordinis ratio, que se= cit, ut una saltem intellecta, cum ad aliam progredi non possent, ipsi acquiescerent, & ordinem non obseruatum ( sua certè & ipsis perquisita ratione ) contenderent. Non ut quidam uoluerunt architecti industria tam ingeniose occultantis suum consili= um, Quod equidem mihi haud ita uidetur, cum ex ipse satis aperte multis in locis, ordinis ac methodi rationem inculcat, Sed ob hanc potissimum caussam interdum omissam, Quod eo tempore quo ius colli= gebatur, constaret omnibus edicti perpetui ordo, quem in compilandis libris nostris potissimum seque= bantur

bantur compilatores, Quare eum, ne uel tædiosi  
haberentur, à multis sæpius inculcare, atq; repetere  
neglexerunt, atq; id præceptoribus faciendum reli=  
querūt, ut illi de hoc Iuris studiosos commonerent,  
Ea ego Paratitla à Iusti. concessa intelligo, nō item  
alia quæ nunc paſſim eorum sibi nomen uendicant.  
Id ex hoc apparet uerum esse, quod ubi cung; ordi=  
nem edicti perpetui mutarunt, illud prius commo=  
nuerunt, & quare fieret indicarunt. l. 2. C. de uet.  
in enu. eandemq; quoq; in C. fuisse rationem puto,  
cum quod non multum eiusdem ordo à Pandecta=rum seu Digestorum differat, cum etiam quod prio=ris Codicis ordinem quam maxime secuti sint, qui  
nec eo tempore obscurus erat. Aut etiam propter  
seruata ueterum Iureconsultorum uerba, quæ inter  
dum sibi ita coniuncta ac copulata esse à quibusdam  
uideri possunt. Ille autem ordo, ut nobis hodie di=  
uina fauente clementia illuxit, uobis iam offeretur,  
qui ut melius ac rectius intelligatur, quam uaria  
sint librorum nostrorum genera prius indicabitur.  
Sciendum igitur libros Iuris nostri potissimum qua  
tuor esse generum, Aut enim sunt Elementorum,  
quos alij Isagogicos uocant, aut Iuris antiqui, ut  
Pandectæ, aut Iuris noui, ut Codicis, aut nouissimi,  
ut Authenticorum. Elementa quidem Iuris nostri  
atq; principia in Iustinianeis Institutionibus nobis  
traduntur, atq; in his Methodus perquam artificio=se est obseruata, ut non difficile sit uel mediocriter  
attendantī continuam earundem seriem materia=rumq;

rumq; contextum enarrare. Observaturq; potissimum ea methodus quam Resolutoriam, Græci àvō λογικη uocant, & nos priori orationis nostræ parte ostendimus. In Pandectis uero longè alia habita est ratio, & ab hac diuersa, quod in Institutionibus leuiori saltē ac simplici uia, in his uero exactissima interpretatione atq; indagine opus fuerit, ubi & præcepta legum earundemq; in foro usum simul coniungit, ita ut non solum sicut in Institutionibus ad ipsa præcepta morumq; ordinem natura coniunctum respiciat, Sed neq; eum in totum negligat, neque usum prorsus omittat, id quod alia atque commodiori ratione fieri non potuit, quam ut primis traditis explicatisq; iuris principijs, eius nempe etymo, definitione, uaria distinctione, origine, constitutione, interpretatione atq; effectu, ad ipsa Iuris obiecta perget, non quidem ut ea singula Iura uel ad personas, uel res, uel actiones pertinentia, sicut in Institutionib. factum est, principio in unum congerat, sed separatim de potissimis ac primis tantum initijs eo quo supra dictum est modo, definiendo, Item, diuidendo naturam caussas atq; originem indicando loquatur. Quare etiam primæ huic parti τερτων nomen dedit, Quæ enim illa uel commodior Iuris tractatio fieri potuit? nisi singularum materiarum, postea contextum quis distrahere uoluisset, Id quod longè lateq; fuisset incommodius. Quid enim si de emptionis contractu quæ personæ contrahere possint in libris personarum querendū,

suetor

super quibus rebus in libris de rebus, quæ actiones  
ex eo nascerentur, in libris de actionibus, An ne  
hoc & incommodius fuisset & laboriosius in im-  
mensa præsertim illa librorum nostrorum cōgerie:  
quam nunc ubi omnia ad eum contractum pertinen-  
tia iura tam ad personas quam etiam res & actio-  
nes coniuncta reperias. Eundem modum atq; or-  
dinem Euclidem Geometrarum principem obser-  
uasse apparet, qui primum à puncti linearum, cir-  
culorum, superficie, & angulorum definitionibus  
& distinctionibus inchoatus per communes notitias  
ad traditionem ex demonstrationem ipsarum pro-  
positionum ac figurarum pergit, ne in progressu ex  
singularum demonstrationibus idem repetere sem-  
per cogatur. Namq; & inutile hoc est, modo hæc  
principio bene sint cognita & notata atq; tædiosum  
ex discipulis & magistris. Is igitur reuera Digestorium seu Pandectarum compilatorum scopus fuit  
atq; sententia. Est hic optimus & pulcherrimus  
ordo Pandectarum, ubi explicatis de Iure, deq; eius  
subjectis, personarum nempe rerum ac Iudiciorum  
principijs proxime ad ipsa iudicia ciuilia ordinaria  
ac petitoria, quæ ob rem nostram, quæne circa eam  
contingere, et in re et in ipso iudicio possunt, com-  
petunt, accedit. Deinde rerum creditarum con-  
tractus, qui uel re ipsa aut consensu contrabuntur,  
tam nominatos quam innominatos. Quaq; his su-  
per'accedere, ut pignora, Hypothecæ, usuræ, fru-  
ctus, accessiones. Ac propter maiorem fidem, ut

testes

testes et instrumenta solent: Inde post personarum copulationes ac coniunctiones, et que circa eas fieri solent de liberorum etiam post solutum matrimonium alimentis, recognitionibus, tutelis post mortem parentum et bonorum eorum successionibus tam a testato quam ab intestato, tam civilibus quam praetorijs agit ubi tum possessoria possessio- numq; acquisitiones et effectus incipit praetoriae stipulationes, tollendarum obligationum modos ex iudicia, criminalia tam priuata et extraordinaria quam publica, publicum demum Ius ad Reipublicae ncmpe uniuersae utilitatem pertimens, subiungit. Verborum tandem ac rerum in Iure significationes et Iuris ipsius Regulas ex toto Iure pramisso collefas ac petitas tanquam praedictorum generalem quendam Catalogum ac Indicem postponens. In Titulorum uero contextu atq; legum inter se or- dine pro uaria titulorum distinctione ac ratione alia atq; alia methodo procedit. In alijs enim per defi- nitiones, diuisiones, partes, caussas, effecta docet, in alijs ab edicto Praetoris incipit, atque ad finem, dum usq; interpretatur, explicat, ac singulatim omnia excutit, qua in parte nec quicquam etiam pec- catum est, nam prius hoc explicandi genus Philo- sophis probatum, Idem quod supra a Græcis θύραι λυσίπ, latine resolutionem appellari diximus. Posterioris uero quod illi διαίρεσις nos partitionem appellamus. In Codice idem ferè, quod ad Titu- lorum seriem attinet, ordo est obseruatus, nisi quod

nonnum=

nōn nūquām ex sp̄cialib⁹ causis (ut utramque  
rei naturam etiam tanquam ad oculum iure consulti  
nobis ostenderent et exhiberent) alter titulus alteri  
postponatur, atq; unus idemq; Digestorum Titulus  
nōn nūquām in uarios et multiplices distrahatur,  
singulis tamen uno ordine atq; ita coniunctis, ut ne  
sum quidem distracti (quamvis non una Rubrica,  
ut in Pandectis factum fuit, conclusi) videantur.

In Legibus uero paulo alia est ratio obseruata, Ob  
id uidelicet, quoniam s̄epe monuerint tam Iuris=  
consulti quam Imperatores, Posteriores leges non=  
nūquām tollere, nōn nūquām abrogare, nōn nū=  
quām derogare prioribus. Is obseruatus est in Co=  
dice ordo, ut leges ad eam materiam pertinentes à  
prioribus latē principibus priores etiam ponēren= tur, ut tantò facilius sit dignoscere, quæ Lex alte=ram tollat, aut alteri deroget, quæ minus. Eius rei  
permulta extant et manifesta in Codice nostro testi=monia, ubi Lex sub eodem titulo sita legem corri=git atq; emendat § pen. l. uni. C. de no. C. faci.  
In Authenticis, utpote Reliquorum correctorijs, et si non in totum is ordo sit obseruatus (neq; enim  
hoc fieri potuit, quia non in singulis materijs, sed  
tantum quibusdam correctio fiat, atq; id perratō,  
quare nec ordine opus fuit) tamen in his duplex  
ratio ordinis esse potest, prima materiarum con= contextus, si quis aliquem obseruatum esse contendat.  
Secunda, Temporis quo, quanke constitutionem  
fecit Iustinianus, ut quæ prior edita esset, priori

E

quoq;

quoq; loco poneretur. Incepant autem alij Iustini-  
nianum, quod nonnunquam ea quæ antiquitas ob-  
seruanit, tum in Institutionibus, Pandectis ac Co-  
dice nobis enarrauerit. Ego uero hoc ea de causa  
factum puto, quo facilius percipi, cognosciq; Ius  
ciuile posse. Habent enim hæc miram quandam  
in cognoscendo suavitatem & delectationem, cum  
quod ad inuestigandas etiam legum aliquarum ra-  
tiones (quod quam sit necessarium, ipſi per uos  
intelligitis) omnimodo opus sit, Quis enim ueram  
mihi rationem reddat, cur surdus & mutus Testa-  
mentum facere non posint, cum nec ratione care-  
ant nec uoluntate? Item & ex Testamento capere  
posint, nisi is qui Ius Veterum Testamentorum per-  
& libram cognoverit, debebat enim cum bona  
uenderentur, & is uendoris uerba exaudire, su-  
amq; uerbis proferre sententiam. Accedit & hoc  
ut collatis cum antiquitate nostris legib. cognosca-  
tur quantum præstiterint nostri isti antecessores  
prudentia ceteris gentibus, quod & facile intelli-  
getis, si cum Licurgo & Dracone, & Solone no-  
stras leges conferre uolueritis. Secundo obiiciunt  
præuiam illam in omnibus nostris Constitutionibus  
commendationem uel ab utilitate aut necessitate fa-  
ctam, Non animaduertentes, id quod ſæpe anti-  
qua lege cautum fuit, ne quis sua ſponte absq; ne-  
cessitate ſummopere urgente, aut maxima uberri-  
maq; Reipublicæ utilitate legem mutaret, Cum  
quod nouæ leges ſine euidenti utilitate aut neceſſi-  
tate

tate apparente, male acceptae nonnunquam suspe-  
ctae sint, id quod multis priscarum contigit legum= latoribus; quarum multae leges tanquam imutiles, aut occultum quiddam habentes, expulsæ atq; re= jectæ sunt. Voluitq; huius eiusdem Iustinianus suos successores, ne quid facile & sine ratione mu= parent, hoc ipso commonere. Cum quod iste præfationes nonnunquam doceant sæpe, quia in iphis antiquitatis quedam effigies eluceat, dele= cent. Sed de his sat.

Ad specialem igitur librorum Iuris Oecono= miam pergemus, & principio ipsarum Institutio= num tanquam primorum Elementorum ordinem atq; Oeconomiam ostendemus.



## LIBER PRIMVS

## INSTITUTIONVM.

**A**Iusticia Ius est appellatum,  
Quare meritò primus de Iusticia & Iure  
est Titulus. Ius uero ipsum aut à fine,  
quia uel publicam priuatamque concernat utilitatem  
publicum priuatumque dicitur. Quorum hoc rursus  
originis ratione, in naturale gentium, & ciuile di-  
stinguitur a posterius rursus in scriptum & non  
scriptum, illud in legem ps. sc. præ. pp. Rp. di-  
uiditur. Omne uero Ius quo utimur, uel ad perso-  
nas pertinet, uel ad res, uel actiones personarum, b  
caussa, omne Ius constitutum est, ergo de ijs primò  
omnium est uidendum. Et eorum quidem duplex  
est diuisio, altera Iuris gentium, alios scilicet esse  
liberos alios seruos. Seruae aut nascuntur aut fiunt,  
uel gentium, ut captiuitate, uel ciuili Iure, ut si  
maior 25. annis se propter pretium participandum  
uenundari passus sit. Liberi c uero aut ingenui  
sunt, qui ita nascuntur, aut libertini d qui ex iusta  
manumissione fiunt. Sunt e enim quedam caussae,  
quæ iniustam faciunt manumissionem, sicuti ætas, si  
quis in fraudem creditorum manumiserit, et f quon  
dam numerus seruorum in testamento manumisso-  
rum, quod posterius hodie sublatum est. Altera  
Iuris Ciuilis, g quo aliæ sui aliæ alieni Iuris censem-  
tur. Hæ uel in potestate sunt dominorum, ut serui,  
auc-

aut parentum, h ut liberi naturales, uel ex iustis  
nuptijs procreati, uel legitimati, i uel adoptiui, k  
et certis quoq; modis liberantur. l. Qui uero in  
potestate non sunt, horum alij sunt, aut sub tutela, m  
aut testamento n paterno datorum tutorum, aut a  
lege, ut proximi agnat i o (nisi capite fuerint dimi-  
nuti) p patroni q parentes a fiduciarij b aut c  
Magistratu datur quibus tutor non erat, quorum  
est authoritas et pupillis suis in causis necessaria,  
d et similiter etiam expirant cum tempore e pu-  
bertatis. Aut sub curatoribus, f ut minores, furio-  
si, prodigi, qui et cum tutoribus satis dare, et ijs-  
dem ex causis accusari, et de suspecto postulari  
possunt. i

- |  |                                |
|--|--------------------------------|
| a. De Iure na, gen.                    | b. De Iure pers.               |
| c. De Ingenuis.                        | d. De libertinis.              |
| e. Quib. ex cau. man.                  | f. De l. F. s. ca. toll.       |
| g. De his qui sui uel a.               | h. De patria potest.           |
| i. Toto Tit. et S ult. Instit. De nup. |                                |
| k. De adoptio.                         | l. Quib. modis Ius patriæ pot. |
| m. De Tutela.                          | n. Qui Test. tutor. dare pos.  |
| o. De leg. agnat. tut.                 | p. De cap. dimin.              |
| q. De legit. patro. tute.              |                                |

- |                             |                               |
|-----------------------------|-------------------------------|
| a. De leg. paren. tut.      | b. De fiducia tute.           |
| c. De Attilia. tuto.        | d. De antba. tuto.            |
| e. Quib. mod. tut. fin.     | f. De Curato.                 |
| g. De satisd. tut. uel cur. | h. De Excus. tut. uel<br>cur. |
| i. De suspectis tuti.       |                               |

# LIBER SECUNDVS.

**S**uperiore libro de Iure personarum exposuimus, modo uideamus de rebus, & earum item duplex est diuisio, altera a secundum eamdem in Iure qualitatem, aut enim diuini Iuris sunt, aut humani, quarum illae acquiri nobis non possunt, barum quidem aliæ possunt, & uel Iure gentium nobis acquiruntur, uel Ciuili. Gentium ut plantatione, satione, alluione, apprehensione, factione, traditione &c. Altera secundum earundem substantiam, b aut enim corporales sunt aut incorporales, ut seruitutes c Reales tam Urbano=rum quam Rusticorum prædiorum, aut personales,

- |                    |                            |
|--------------------|----------------------------|
| a De rerum diuiss. | b De reb. corpor.          |
| c De seruitutib.   | d De usufruct.             |
| e De usu & habit.  | f De usucap.               |
| g De donatio.      | h Quib. alien. l. uel non. |

ut usus fructus, usus & habitatio. Iure ciuili acquiruntur, uel singule, uel per nosmetipos, ut usus capione, seu longi temporis præscriptione, seu donatione, quarum quasdam etiam nostras alienare non possumus, alias etiam non nostras possumus, aut per alias personas nostro scilicet Iuri subiectas, ut filium & seruum, uel per uniuersitatem, ut hereditaria successione, aut ex testamento, uel pagano uel militari ab eo factum qui testamenti factionem habuit, liberis aut institutis, aut nominatum ex heredan-

redatis, alijs factis hæredibus per primam Institutionem, aut secundam, Secundum substitutionem, quæ vulgariter et pupillariter fieri potest, ne testamentum aut infirmari, aut inofficiosi querela rescindi per suos hæredes posse. Sunt enim alijs sui et necessarij, alijs necessarij tantum, alijs extranei. In testamentis uero et legata relinqui, adimi, transferri atq; etiam minui iure possunt, uel fidei commissa tam uniuersalia quam singularia, aut etiam Codicillis, aut ab intestato uel Iure Ciuali ut 1. proximis agnatis et ex sc. Tertullia. et Orphit. matre et filio. Secundo cognatis proximis uel liberorum hominum quorum gradus distingui oportet, ut qui reliquis sint proximiores, sciri posse uel seruorum post libertorum quæ bona aut per successionem aut assignationem debentur, aut Iure prætorio, ut per bonorum possessionem, aut per arrogationem, aut libertatum conseruandarum caussa bonorum ad dictionem, et quondam per successionem quæ per bonorum uenditiones et ex sc. Claudiano fiebat, bodie uero sublata est.

Nunc transeamus ad obligationes, quæ itidem dupliciter distinguuntur. Aut enim ciuiles sunt aut prætorie. Secundo, aut ex contractu oriuntur uel quasi, uel ex delicto, uel quasi. Ex contractu, qui uel re uel uerbis, uel literis, aut consensu contrabuntur. Re, ut mutuum, commodatum, depositum, pignus uerbis aut stipulatio, que itidem aut à

liberis fit hominibus, et uel uno fit aut pluribus, et  
hi rei stipulandi seu promittendi sunt aut seruis, et  
multiplex est, aliae enim uel iudiciales sunt aliae præ  
toriae, aliae conventionales, aliae mixtae, item aliae  
utiles, aliae inutiles, uel ratione formæ, uel rei in sti  
pulationem deductæ aut persona, Item alia princi  
palis, si quis suo nomine stipuletur aut promittat,  
alia accessoria ut fideiussoris. Literis una obliga  
tio contrahitur. Consensu fiunt, emptio et uendita  
tio, locatio et conductio. Societas, mandatum.  
Ex quasi contractu obligatio nascitur, et nego  
tiorum gestorum et tutela et non debiti soluti, Et  
ea rursus uel per nosmetipos, aut alios nobis ac  
quiri potest, ac certis modis rursus tollitur. Ex  
delicto nascitur, ut ex furto, rapina, damno,  
iniuria. Ex quasi delicto, si quid ex coenaculo  
alterius deieictum effusumue fuerit, item nauis ex  
ercitus, cauponæ seu stabuli. Superest ut de actio  
nibus loquamur, que uel ordinariae sunt et uel  
ciuiles uel prætoriae, In rem uel in personam, Bonæ  
fidei seu stricti iuris, uel Rei persecutoriae, uel poe  
nales, aut in simplum, duplum, triplum, quadru  
plum, aut in solidum, aut in quantum quis facere  
potest, et uel nostro nomine consistunt aut alieno,  
ut Tit. quod cum eo. et de nox al. act. et si qua  
dru. et rursus uel his per nos, uel per alios agere  
possimus, modo satisdatio fiat. - Harum itidem  
quædam temporales, quædam perpetuae, et ad  
hæredes et in hæredes transiunt, quædam minus.

Hic.

Mis opponuntur exceptiones quibus replicationes  
et c. Aut Extraordinarie ut interdicta, quibus  
singulis uel quisquam iustum habens caussam, age-  
re potest, si minus, in peñam temere litigantis im-  
edit, et hoc iudicis est, omnino secundum leges  
testimare et iudicare. Hec tandem omnia pu-  
blica Iudicia consequuntur, et sic finis Institutio-  
num clauditur.

SEQVITVR DISPO-  
SITIO PANDECTARVM SEV  
Digestorum, & principio partis  
primæ quæ τὰ πρῶτα  
intitulata est.

**P**andectæ seu Digesta hi libri appellantur,  
quod omnes disputationes et decisiones in se  
habeant legitimas, nam quod undiq; fuit col-  
leclum, hoc in finis suos receperunt, et in septem  
partes digesta sunt, quarum nunc prima sequitur.

Hæc Pandectarum pars πρῶτη est intitulata,  
eo quod summa et generalia tantum Iuris capita  
cum ipsius principijs proponat. Capiunt autem  
exordium Digestorum compilatores legum, non a  
prætorio edicto, neq; a 12. tabulis, quod nec Cicer.  
quidem placuit. Sed Iuris disciplinam penitus ex  
intima Philosophia hauriunt, ut totam caussam

E 5 uniuersit

uniuersit iuris ac legum sua compositione comprehendant, Quia qui aliter Ius Ciuale tradunt Tullio teste, non tam Iusticie quam litigandi tradant uias, à Iusticia ergo omnium legum cauſſa ac fundamento in legibus tradendis componendis exordiuntur. Nam Ius à Iusticia uenit, atq; ab ea sic est appellatum. Huius uero studij duæ sunt positiones, publicum & priuatum, Publicum Ius est quod ad statum rei Romanae spectat, Priuatum quod ad singularum utilitatem, sunt enim quædam publice quædam priuatum utilia. Priuatum Ius tripartitum esse originis ratione dicitur, collectum est enim ex naturalibus preceptis aut gentium, aut ciuilibus, Naturale quidem quod natura omnia animalia docuit, Gentium quod à gentibus introductum est, Ciuale uero quod quæq; sibi ciuitas constituit, recte dicitur. Nos autem cum ciuale dicimus, Ius nostrum Romanum putamus quod pro uaria ipsius Republicæ Romanae mutatione & magistratum diueritate, in diuersas species est deductum, de quarum origine omniumq; Magistratum qui eas condiderunt, & successione Iurisprudentium qui

- a De origi. easdem interpretati sunt, Secundo Tit. a agitur.  
aut. Definitione autem, distinctione, constitutione, in  
b De ll. ex interpretatione & effectu Tit. b duob. sequentibus.  
sc. Omne autem Ius quo utimur, uel ad personas per-  
De constit. timet, uel ad res, uel actiones. Cum igitur boni-  
princi. num cauſſa omne Ius constitutum sit, primo de per-  
sonarum statu, & post de ceteris in genere inter-

bac

hæc principia dicetur. Quia nec sine his cætera  
percipi possint, neq; etiam quid quisq; auditurus sit l. l. 2. C. 3.  
sciri. Summa itaq; diuīsto de Iure personarum hæc De stat. ho-  
est, quod omnes homines aut liberi sunt aut serui, l. item in po-  
quam alia postea sequitur : Quod quædam sui Iuris test.  
sunt, quædam alieno Iuri subiectæ, & hi uel in do= De his qui  
minorum sunt potestate ut serui, aut parentum, ut sui. De Ad=  
liberi uel naturales, quos ex Iustis nuptijs procrea= optio . &  
uimus, aut legitimauimus, aut quos adoptione no= emanci. &  
bis filios fecimus : quæ potestas emancipationibus alijs.  
& alijs etiam cauſis soluitur : Rerum itidem du= l. 1. De re  
plex est diuīsto, altera ex rerum in Iure qualitate diuis.  
petita, altera ex ipsarum substantia. Superest ut d. l. 1. §  
actionum etiam principia tradamus. Quarum qui= quædā præ=  
dem duo sunt potissimum. Primum in Ius uocatio, terea.  
utiq; enim in primis aduersariis in ius uocandus § fin. Inst.  
est, id est, ad eum uocandus qui ius dicturus est: De pœn.  
Cuius rursus duplex habenda est consideratio, altera teme.litig.  
ra ratione officij, altera ratione Iurisdictionis, neq; l. 2. C. de  
enim paſsim apud omnes, neq; omnibus actionibus peda. Iudi=  
agere licet. Quædam enim cauſe sunt, in quibas cibus .  
ex officio iudices cognoscunt : Quædam quæ Iure  
Magistratus, & ex sua Iurisdictione cuiq; compe=  
tunt. a Mittuntur enim atq; cum mandatis prim=  
cipum constituuntur iudices, in quibus specialiter  
ipſis quasdam cognoscere cauſas, & ex suo ſaltē  
officio, cum propter earundem cauſarum magni=  
tudinem, tum propter persone eius ad id officium  
selectæ singularem industriam, exploratam fidem

& grā

**C**on grauitatem b. mandatur. c. Quare primo om-

a l. i. de offic. eius cui.

b l. unic. i. De off. prefect. præt.

c In autb. De mand. prim. **C**

l. 3. ad fi. **C** l. solent § fin.

De off. præsidis.

nium cuiusq; magistratus officium, atq; que cauſſa  
ad eum ratione eius officij ſpecialiter pertainet, ui-  
dendum eſt, neq; enim aliud quippiam ſub hiſce ti-  
tulis dicetur, quam quod cuiq; ex officio ſuo ſpe-  
cialiter incumbat. Sicuti enim ille officium alteri  
demandare non potest, qua ipſi publice concredi-  
tum ſit, ita nec cauſſas, que ratione eius officij ad  
eum ſpectant. Secus in ijs que Iurisdictionis ſunt,  
quia **C** Iurisdictionis mandari poſit. d Habent au-  
tem illi Magistratus ſua officia, partim in urbe Ro-  
mana, partim extra urbem in prouincijs  
Intra urbem ſunt Senatores, hinc dicti, quod fe-  
niores ex populo eſſent, ex quibus Consules qui am  
maxime petebantur. d Consules omnino ex inde-  
dicti, quod plurimum Reipublicæ conſulerent, e ex-

e d. l. i. de off. eius. cui.

d De Senator.

e l. 2. §. exactis 3. De orig. In-

in illorum eſt officio conſilium præbere, manumit=   
tere uolentibus. a Prefectus prætorio, cui a prim=   
cipi eſt plenior licentia data ad discipline publicæ  
emendationem, **C** ne contra illorum ſententias, ab  
alijs mif ipſis minores reſtituantur, aut ab ipſis ap=   
pellari

pellari possit. b Praefectus Vrbi qui omnia criminis, siue intra siue extra urbem commissa sibi uen dicauit. c Quæstores a conquirenda et custodienda pecunia publica dicti. d e. Prætor qui et tuorem et Iudicem dare, et apud se manumitti permettere potest. e Et præfectus uigilum, qui cohortibus uigilum præcessit, ex suo officio de incendiarijs et effractoribus, furibus, raptoribus, et receptatoribus cognoscit. f Extra urbem Magistratus gerunt Proconsul, qui maius Imperium ha-

- a l. uni. De off. Consul.
- b l. uni. De off. præf. pret.
- c l. 1. et 2. De off. præf. Vr.
- d l. uni. De off. quæst.
- e De off. præto.
- f De off. præfect. uigilum.

bet in ea prouincia omnibus post principem, a et plenissimam Iurisdictionem. b Praefectus Aegypti alias Augastalis dictus, quod primus ab Augusto Cæsare constitutus fuerit, in cuius mandatis idem fieri quod in Proconsulis continetur. c Et Praeses, cuius generale nomen est, et prouincie præfectum significat, et cum reliquis eandem authoritatem ac potestatem habet. d Et Procurator Cæsaris, seu

- a l. et Ideo. et l. pen. De off. pconsul.
- b l. Si in aliq. in fi. d. Tit.
- c l. uni. de off. præf. aug.
- d l. 2. 3. 4. 5. et l. ex omnib. cais et seqq. De off. præsid.

Ratio=

Rationalis, qui tumultuosos uel iniuriosos aduersus colonas a prædijs Cæsarianis arcere debet. a Et Iuridicus Alexandriæ, cui itidem tutores dandi ius est. b Atq; hi omnes pro sua Iurisdictione agunt. Eas autem cauſſas, quas ex officio habent delegare nequeunt, alias uero mandata Iurisdictione transſerre poſſunt. Qui autem mandatam ab his Iurisdictionem accepit, non sua ſed illorum Iurisdictione utitur, c nec eandem alteri mandare potest. d Alij item ſunt, quos hi ſibi tanquam Assessores elogerunt, quorum officium patiſſimum in cognitionibus, poſtulationibus, edictis, decretis. et epiſtolis uerſatur. e

Expositis cuiusq; officio atq; cauſis, quæ cuīq; eorum tale officium gerenti ſpecialiter ſeu nomina=tim f atiribute g ſunt, et in mandatis eorum habentur, iuſto ordine ad Iurisdictionem ſecundo loco in indice conſiderandam pergemus, i Quæ

a l. fin. De off. Procur. Cæſ.

b De off. Iurid. Alex.

c l. i. §. qui mandata et l. 3.

De off. eius cui man.

d l. more ff. De Iurisdict.

e l. i. De off. adſeffo.

f l. muto §. tutoris datio. j De  
tuto. da. ab his.

g d. l. i. in pr. De off. eius cui.

h De Iurisdic.

i l. i. De Iurisdict.

quidem

quidem latissime patet, & reliquas caussas omnes complectitur, quas iure Magistratus competere dicimus. Ad officium uero Ius dicentium in uniuersam pertinet, ne ea que suæ Iurisdictionis caussa proposita habent corrumpi patientur. a Ne sibi uel suis Ius dicant. b Ne extra territorium supra ne Iurisdictionem. c Ne Ius nouum statuant, quia eodem ipso postea uti debeant ( quod idem etiam in Impetrante locum habet ) quia maxime hoc in eorum ueretur officio, secundum leges lites dirimere ac caussas iudicare. d Postremo ut Iurisdictionem etiam suam defendant, ne Iudicia reddantur elusoria, Quod superioribus obseruatis pro modo suæ Iurisdictionis paenali Iudicio facere possunt. e Quibus ita generaliter ac præuie cognitis, ubi scilicet & apud quem in quaq; caussa & quisq; uocandus sit, Ipsum de in Ius uocando edictum proponitur, quo alij in ius uocari prohibentur omni modo f alij sine uenia. g Legitime uero uocati in Ius ire coguntur, h aut satis aut cautum dare. Neg; ex Iure à qnopiam eximi possunt. i Satis uel cauti datio fit uel dato fideiussore idoneo tam pro conueniendi facilitate, k quam rei qualitate locu= plete, l aut promissione iurata aut simplici. m Satisfactionis autem effectus sunt, nonnunquam in eadem caussa, quem quis iudicio sifli promisit, exhiberi. n Et ut nec per alium fieri posset impunè,

a l. Si id quod de Iurisd.

b l. qui Iurisdictioni codem.

c l.

- c l. Si idem & L. fin. eodem Tit.
- d l. i. quod quisq; iuris. & Inst.  
De off. In si. in pr.
- e l. unic. Si quis ius dic. non de temp.
- f l. 2. & 3. De in Ius uocand.
- g l. quiq; litigandi § i. eod. Tit.  
& e. § fin. Inst. De poena tem. litig.
- h l. 2. Si quis in Ius uoca.
- i l. i. Ne quis cum qui in Ius uoca.
- k l. i. Si quis in Ius uoca.
- l l. i. in Ius uoca. ut cant.
- m Tit. qui satisd. cogan.
- n l. i. Si ex noxa. cauß.

quo minus quis iudicio sistat, a nec ipse met cautia  
nibus iudicio sylendi caussa factis impune non ob-  
temperare, b nisi forte ex legitima & concessa  
caussa hoc fecerit, ut sunt, si de re litigiosa iuxterea  
transactum sit, si quis muneris caussa seu ualitudi-  
ne, aut tempestate, siue terrestri, siue maritima, aut  
ui fluminis, custodia militari aut funere domestica  
impeditus sit, c aut propter ferias & dilationes. d  
Secundum actionis preparatorium est editio, nam  
qua quisq; actione agere uoleat, eam prius edat.  
Nam & equissimum uidetur eum qui acturus est, acti-  
onem edere, ut perinde sciatur Reus, utrum cedere  
an contendere ultra debeat. e Si cedendum putet,  
& ob rem certam ac indubitatam agat, faciat per  
pactum donationis caussa libertate sibi remitti, &  
per exceptionem pacti de non petendo postea eli-  
detur

datur petitio. f Si uero ob incertam ac dubiam,  
litéq; non finita aliquo dato uel resento per trans=  
actionem lis sibiatur. g Sim autem contendendum

a l. i. De eo per quem fact. quo minus.

b l. i. Si quis ocautionib.

c l. 2. per totam. Si quis cautio.

d l. i. Et eo Tit. De fereis et Dilatio.

e l. i. ff. De edendo.

f l. i. Et l. Si unius § pactus

c. De pact.

g l. i. De transfact.

putet, ad postulandum ueniat uterque tam Actor  
quam Reus necesse est. Est enim postulare, desi=derium suum uel amici sui apud eum qui iurisdi=cioni præst, exponere, uel alterius desiderio con=tradicere. a Et quantum ex hoc colligere licet,  
uel postulamus tam nostro nomine quam alieno, nisi  
prohibiti, uel propter pueritiam, b sexum et ca=s  
sum, c uel infamiam. d Alieno autem nomine  
postulamus, uel cum mandato domini aut priuati,  
ut Procuratores, e aut Universitatis, ut Actores  
sive Syndici. f Vel sine mandato, ut negotiorum  
gestores l. i. Et 2. Et to. Tit. De negot. gest.  
Et hi uel iure legitimeq; agunt, et hinc inde ex eo  
actu actiones nascuntur, vel propter calumniam,  
ut quia pecuniam acceperint, ut negotium calum=  
niæ caussa facerent, et ex edicto De Calumniato.  
tenentur. g Quia uero sapissime uel in postula=tionibus,

F

tionibus,

tionibus aut ipsiis etiam negotijs nonnunquam ex proprio, nonnunquam ex alieno facto ledamur, huic rei Prætor omnibus modis præuenire ac nobis caussa cognita succurrere uoluit. b. Ex facto autem nostro laedi uidemur, si uel ob metum alicui quid dedimus aut promisimus, i. aut dolo malo; ut hæc faceremus, inducti sumus, k. propter minorem etatem lapsi, l. Status mutationem. m. aut absentiam seu casum aduersum. n. Ex alieno fa-

- a l. i. De Postul.
- b d. l. i. §. Initium de postul.
- c d. l. i. §. Secundo loco eod. Tit.
- d d. l. i. §. ait prætor. De postul.
- e g l. i. De his qui not. infā.
- f l. i. im pr. De Procur.
- g l. i. §. quib. Quid cuiusq;  
uniuer. nomin.
- h l. i. 2. & 3. De in integ.  
restitu.
- i l. i. de eo quod me cauß.
- k l. i. De do. ma. & pulchrē  
Inst. De Excep. post prim.
- l l. i. De mimo. 25. annis.
- m l. i. & 2. §. fin. De cap. dim.
- n l. i. Ex quib. caußis maio.

et offens-

et offendimur, si quis alienando rem, alium nobis  
aduersarium suo loco substituerit, a aut si quis  
arbitrium receperit, nec sententiam dicere uelit,  
aut contra Ius sententiam dixerit, b aut nautæ,  
caupones, stabulariū, quod cuiusq; saluum fore re=  
ceperint, restituere nolint. c Quæ quidem iu-

a l. 1. De alie. Iud.

mut. causs.

b l. 3. ff. De recep. arbi.

c l. 1. Nautæ, caup. stab.

stissimo ordine hic traduntur, tum ex antedictis ra=

tionibus, tum etiam quod præjudicia fuit, &

ante solennes actiones diffinienda. Quam

ob caussam non immerito ordi=

narias actiones præ=

cedunt.



PARS SECUNDA DI-  
GESTORVM SEV PANDE-  
CTARVM DE IV=

DICIIS.

**E**xpositis personarum, rerum ac tandem Actionum principijs, Proximum est ad ipsas actiones seu Iudicia accedere, Quare primus huius partis Titulus est de Iudicijs, In qua partem ea quæ superius de Iurisdictione, Iudice dando, ex parte in Ius vocanda, brevibus repetit, ex ubi quis agere uel conueniri debeat, (ratione scilicet eius personæ ex facti, quæ est ob quod quis conuenitur) simul docet. Convenimus enim plerique aut ratione rei, aut contractus, aut delicti. Hinc Iudiciorum etiam alia ciuilia sunt, alia criminalia. Ciuilium rursus quedam ordinaria, quedam extraordinaria. Ordinaria uero aut petitoria, de quibus hac parte ex proxime sequentibus videbitur, aut possessoria, de quibus inferius. Petitoria autem rursus uel ob rem petendam compertunt, aut ex facto, aut ex contractu. a Ob rem petendam dantur actiones uel de Vniuersitate, quibus Vniuersitatem rerum petimus, ut hereditatem, uel quibus res singulas. b Hereditatem uero petimus aut Iure ciuili, ut per querelam inofficiose testamenti c quæ itidem petitionis hereditatis est preparatoria, aut per ipsam herediūtatis petitionem,

riem, siue totam petemus, d siue pro parte incerta  
et indiuisa, e Vel Iure prætorio ut directa pos-  
sessoria bæreditatis petitione, f Et fidei commis-  
saria. g Res uero singulares aut corporales sunt.  
aut incorporales. h Corporales quas petimus, aut  
Iure directi dominij, i uel quasi dominij; k uel  
utillis, l Incorporales sunt servitutes, que uel

- a l. actionum, De actionib. et oblig.
- b l. t. De rei uendit.
- c l. i. et 2. cum sequent. De Inoffi.  
testamento.
- d l. i. 2. et 3. De petit. her.
- e l. i. Si ips hered. peti.
- f l. i. et 2. De possess. heret. peti.
- g l. i. Defideico. bæredi. peti.
- h Inst. De reb. corp. et incorp.
- i l. i. et l. Si in rem, De rei uendit.  
et § omnium Inst. De actio.
- k l. i. De Publicia. § Sed istæ Inst.  
De actio.
- l 1. § fin. Si ager necit. seu emph.

personales sunt ut ususfructus, usus et habitatio,  
uel reales, ut seruitutes prediorum. De usufr. hoc  
loco queritur. Primo quis sit ex quomodo quis u=  
tatur, fruatur. a Quomodo acquiratur, scilicet  
pactionibus et stipulationibus. Legato b uel ac=  
cretione, ut si altero deficiente, alteri accrescat. c  
Quando debeatur, d Quibus modis usus fructus

uel usus amittatur. e In quibus rebus consistat, f,  
quomodo petatur. g Quæ cognata, ut opera h.  
usus et habitatio i et usufructuarius quemad-  
modum caueat. k Reales sunt prædiorum l. uel  
urbanorum m uel rusticorum, n quib. quedam  
lura inuicem communia sunt, et Titulo Commu-  
nia o utriusq; prædiorum refruntur, et petitio p.  
et amissio. q Hactenus de omnibus quibus rem  
persequimur tam uniuersalem quam singularem,  
corporalem et incorporealem, Sequitur ergo ui-  
dere de his, quæ ex facto quod communiter circa  
rem euenit, siue in Iudicio, siue extra iudicium,  
oriuntur actionibus. Inter has uero quæ circa rem  
sunt, ex facto actiones, hic primum procedunt,  
quæ circa res corporales sunt tam animatas quam  
inanimatas simul, ut damna quæ uel per bestiam fi-  
unt, r aut a libero homine, si uel ipse damnum de-  
dit, siue causam damni, s aut se dedisse confite-  
tur, t Et uel in re animata sunt, uel inanimata.

- a De Usufr. et quicad.
- b l. 3. 4. et 5. De usufr. et quæm.
- c De usufr. accres. l. 1.
- d quan. dies ususfr. lega. ced.  
l. unic.
- e eod. Titu.
- f l. 1. de Usufr. earum re.
- g Si usufr. petat. uel ad ali-  
per negetur.

- h.* De operis Seruo.
- i.* De usu et habitu.
- k.* eod. Tit.
- l.* De Seruitutib.
- m.* De seruit. Vrba. prædio.
- n.* De ser. rust. prædio.
- o.* Communia prædior.
- p.* Si serui, uen. uel ad alium perti.
- q.* Tit. quemad. serui. amitta.
- r.* Si quadrup. pau. fecis. dica.
- s.* l. i. S. ait prætor.
- t.* l. Quia actione S. proimde  
ad L. Aquil.
- u.* l. proimde S. i. eodem Tit.

ut si quis eam usserit, fregerit, ruperit, a aut quid diecerit effuderitque quo nocitum sit; b Communiones ut si inter aliquos res communis esse cœperit. c Ex quibus oriuntur actiones, Communi diuidendo, d familiæ Hereditudinæ e et finium regundorum, quæ (ut Iureconsultus ait) in personam fiunt, et si per uendicationem rei sint. f Eiusmodi sunt etiam exhibitiones ob quas ad exhibendum actio nascitur, quæ maxime etiam propter uendicationes inducta est. g In quibus actionib. interdum conuentus in iure interrogatur, ut pro qua parte hæres sit, et an rei facultatem habeat l. i. et s. de Interrog. act. et ad eundem nonnunquam Iudicem itur, quo facilius coire cohæredes uel sotij possint, l. i. De quibus rebus ad eundem

Judicem eatur. Quæ sequuntur, circa res sunt animatas tantum, ut si ob seruum corruptum, b aut alterius persuasu fugitium redditum, i Item in aleatores, De eo quod alca lusum est, k Et mensores qui falsum modum dixerunt l agatur. Tertio, quæ ad res incorporeas pertinent, ut quæ pro seruitutibus quasi competit, ut Iure funeris decendi, m mortui inferendi, et sepulchri edificandi. n.

- a tot. Tit. ad L. Aquil.
- b § Item is cuius ex coenacu.  
Inst. De obli. que ex quasi delict.
- c § Tit. De his qui deie. uel effude.
- d Si inter aliquos Inst.  
De obl: que ex quasi contraclu et pulchre l. i. ff. fini. regundo.
- e Communi diuid.
- f famil. berciscun.
- g d. l. i. finium regundo.
- h l. i. ad exhibendum.
- i l. i. De Seruks frugi.
- k l. fin. De aleclu. et aleato.
- l l. i. Si mensor fal. mo.
- m De Religio. Et sunt. fun.
- n De mortuo inf. Et sepul.  
adif.

PARS TERTIA DI-  
GESTORVM SEV PAN-  
DECTARVM, DE  
REBUS CRE-  
DITIS.

POST rerum uendicationes, & que circa &  
propter eas oriuntur actiones propositas, se-  
quitur de ijs nunc tractare actionibus, que  
ex rebus creditis sive contractu oriuntur. Estq; ob-  
id hæc Digestorum pars sic intitulata, quod omnes  
eas contineat actiones, que ex re contracta seu cre-  
dita oriuntur. Id est, Vbicunq; rem in obligatione  
esse est necesse, sive enim re contrahendi dicatur, sive  
consensu, utrinq; tamen rem uersari, ut efficax o-  
riatur actio oportet, sicut in innominitis factum  
ut dationem. Relique enim (ut uerborum) ob-  
ligationes in posteriores partes sunt reiecta, Quia-  
re primus eius est titulus de Rebus creditis, quem  
duo Tituli, De Iureiur. sive uoluntario seu nece-  
fario, seu Iudiciali, & De in litere iurando, se-  
quuntur. Quod in hisce que bona fidei sunt iu-  
dicij & superius expositis in rem & in ad exhibi-  
endum plerung; uel propter inopiam probationis  
& seu questionis principalis decisionem: a sive in  
a l. 3. C. de reb. cred. & iureiur.  
item iuretur, b tum etiam propter uerbi, credere,  
generalitatem, & non minus credere dictatur is qui:

F S aliquem

aliquem rei suæ facit Iudicem, & fidem illi habet  
sententia, quamvis qui cum alio contrahit. Ex

- a l. cum personas. l. actori.
  - l. delata. l. in actione C. eod.
- b l. in litem ff. De Iure. in litem.
- c l. i. Quare rer. actio non det.

hisce uero contractibus, uel generales oriuntur  
actiones uel speciales. Generales sunt condicitiæ  
actiones, quia & conditionis appellatione omnes,  
actiones personales significamus. Has uero rursus,  
in ordinariæ, sive regulares aut extraordinariæ,  
sive irregulares distinguimus. Speciales uero sunt  
quaæ ex reliquis specialiter contractibus oriuntur,  
earundemq; nomen retinent.

Ordinariæ seu Regulares exinde nascuntur,  
quod omne quod datur, aut ob rem datur, aut ob  
causam, uel sine causa ob rem, aut honestam aut  
turpem. Si ob rem honestam, data sit pecunia, ita  
repeti conditione potest, si res ob quam data est,  
secuta non est. a Si ob rem turpem aliquid detur,

a De Condici. cauß. da. cauß.  
non secut.

aut est dantis turpitudine non accipientis, aut acci-  
pientis duntaxat, aut utriusque. Quod si turpia  
causa accipientis fuerit, et si res secuta sit, repeti  
potest. Vbi autem & dantis & accipientis condicione  
non potest, sicut nec cum dantis turpitudine profer-  
tur.

etur, a dat caussam putatiuam, ut si me id debere  
putem, quod soluo, quia et hoc condici potest b  
uel sine caussa. c

Extraordinarie seu Irregulares sunt, si rem  
meam a fure, contra naturam aliarum actionum  
personalium & condicam e seu ex obligatione  
lege noua introducta agam, siue generaliter pro  
omni re, sola numerata pecunia excepta. g Et  
bisce actionibus liberum est actori pro credito ex=  
periri, siue etiam specialibus ex ipsis contractibus  
enascientibus, et regulariter ibi et ab eo, ubi et  
cui res credita est, condicimus, nisi nobis uel alio  
certo quopiam loco solui, h aut ab alio quise pro  
alio soluturum constituit i pacti simus.

Speciales ex suo quaq; contractu specialiter  
oriuntur, et ex contractu nomen retinent, ut ex  
commodato commodati. k Ex pignore pignora=  
titia nascitur actio. l

- a De Codic. ob tur. cauß.
- b De condic. in deb.
- c De condic. sine cauß.
- d S planè Inst. de actio,
- e De condic. furti.
- f De condic. ex lege.
- g De condic. tritica.
- h De eo quod cer. lo.

i De

- i De constit. pecun.
- k De commoda uel con.
- l De pigno. act. uel con.

Et uel credimus alicui suo respectu ut suerioribus uel alteri intuitu etiam alterius, cuius nomine is negotiatur, uel mari uel terra, & uel ei qui sui Iuris est aut alterius potestati subiectus, & aut mari aut foemina. Mari alterius nomine negotiantur exercitores, quorum nomine dominum Ipsum tam de re in nauem illata, a quam de ea que e nauj euitandi naufragij caufsa electa est, b conuenire possum. Terra, ut qui alteri alicui negotiationi præpositorus est, ut institor, cuius nomine dominus itidem tenetur. c Idem et si seruus sit, quia pro extraneo creditore habetur, & tributoria in dominum agitur d Cum his qui in aliena potestate sunt, si quid gestum contractumque esse dicitur, e ut cum filijs familias, aut seruis uel eorum nomine hoc actum est, ut si filio fa. contra S C. credatur, & Exceptione Sci Macedoniani remouebitur factor, aut quando aliter cum eo negocium gestum est, & de eo contra dominum duntaxat de peculio g datur actio, que uiuente seruo perpetua mortuo uero annalis est, h aut in rem patris seu domini uersum, aut iussu eorum factum, & in solidum obligantur, k uel foeminis creditur, & quidem suo nomine omnibus modis obligantur. Si uero alieno nomine promittant, & aliquid fidei sue esse inbea

iubeant; conuentæ exceptione Sci uelleia iuuantur. l In quibus actionibus cum sape fiat debiti

- a De exercito.
- b Ad L. Rhod. de iactu.
- c De Instituto.
- d De Tributo.
- e Quod cum eo qui in alie. pot.  
est nego. gestum.
- f Ad Scu. Macedo.
- g De Pecu.
- h Quan. de pecu. act. annal. sit.
- i De in rem uerso.
- k Quod Iussu.
- l Ad scu. Velleia.

¶ crediti in uicem inter se contributio (non etiam in Deposito, cuius Titulus sequitur) recte hunc de Compensationibus Titulum tanquam ei rei confinem, & in Iudicio maxime utilem postposuerunt.

a Et ex deposito depositi actio uel contraria. b Atq; hi contractus omnes refieri dicuntur, ut ex ipsis patet specialibus Titulis, & tot. Titulo Institutionum qui mo. re contrahitur obligatio. Consensu contrahitur mandatum, unde mandati actio, c Societas quæ pro socio actionem producit, d Emilio & uenditio, de quibus pluribus Titulis agitur. Et primo de contrahenda emtioneis forma seu modo, & generaliter de pactis inter emtorem & uenditorem compositis, & quæ res uenire possunt,

possunt. e Specialiter autem de duobus pactis agitur. Si uel ita contrahatur. Res ista eo prætio tibi sit emta, nisi aliis intra certum diem conditio nem meliorem attulerit, f siue ita, ut si non solueris intra certum diem, res maneat inemta. g Et uenduntur uel res corporales, uel incorporales, ut Iura, hæreditates, scilicet & actiones. b Et hac de modo pactis seu conditionibus emtionum. Secundo, quomodo rescindantur. i Tertio de periculo & commmodo rei uenditæ. De quibus tantum

- a De compensatio.
- b Depositi uel con.
- c Mandata uel con.
- d Pro Socio.
- e De contrahen. emtio. &  
pact. inter.
- f De in diem addict.
- g De Lege commisso.
- h De hæred. & actio. uendi.
- i De rescinden. uendi.

ipsis agitur, ut Tit. De hæred. uel act. uen. uel earundem uendarum periculo seu commodo, uel liber homo, qui uenditur, uel purè, uel sub conditio ne, ut intra certum tempus manumittatur, & tunc sine manumissione eo tempore fit liber, & alijs similibus. a Et quæ actiones etiam inde nascantur. b Empti scilicet & uenditi. c Et Locatio & conductio. d Et sic finiunt omnes rerum creditarum

ditarum species, tam haec quae consensu fiunt, quam illae, quae re contrahuntur, et certum nomen habent; seu nominati dicuntur cum suis iudiciis seu actionibus tum generalibus cum specialibus. Sequitur ergo de ipsis hic tractare quae Simallagmata Vlpiano euidentur, neque proprium nomen contractus habent. Ut quando res estimata locato seu uendendo datur, f seu quantitas ad speciem, seu quantitatem commutatur, g seu quid datur aut fiat, b ut aliud econtra detur aut fiat. Et sic rerum creditarum species, tam que in proprium nomen contractus transeunt, quam quae certum nomen non habent, finiunt.

- a De pericu. et commo.  
rei uendi.
- b De Seruis exper. uel  
Si ita manci. uene.  
ut manu. uel con.
- c De actio. empti.
- d Locati. et conducti.
- e I. Iurisgen. De pact.
- f De rer. permuta.
- g De estimat. actio.
- h De prescrip. uerb.

Pars

# PARS QVARTA.

**Q**uartus hic Pandectarum locus, qui totius quasi compositionis umbilicus est, Nam ex prius de rebus creditis traditis absolvit, et sequentibus viam manit. Octo libros suscepit in quibus post actiones que ex contractibus oriuntur, sicuti post libros de Iudicij factum fuit, ea que ipsis confinia sunt, seu, ut Iustinianus dicit, emule et pedisseque ordine subjiciuntur. Contractus autem ipsos communiter sequitur Hypotheca seu pignus quo securior reddatur creditor et de hoc queritur. Primo, Quomodo contrahatur, Secundo, Que res pignori seu hypothecae obligari possunt. Tertio, Qui potiores in pignore habeantur. Quarto, De distinctione pignoris et hypothecae. Quinto, Quibus modis pignus vel hypotheca solvatur, Emisionem, AEdilitium edictum, Redhibitoria, et quanti minoris actio, si res uitiosa uenierit, a Euictio et dupla stipulatio, si res alterius uendita fuerit. b Sim autem ex postfacto uendoris factam, ipse euincere uoluerit exceptione rei uenditae et traditae, etiam submovebitur c Vsurae (sicut reliquos bonae fidei contra=

a l. i. De aedilitio. edicto.  
b De euictio. et dup. stip.  
c De excepc. rei uend. et tradi.

Etus siue terrestres, a siue nauticæ b et probations c que sunt per instrumenta, d et testes, e

et pre-

**E**t præsumtiones, quæ nunc ex iure, nunc ex facto  
pertinetur. f Post hæc liber singularis, De ipsa=  
rum inter se personarum coniunctione, tam legi=  
timæ quam ea quæ præter legem fit, positus est, cum  
quod proximum sit post personarum mutuas obli=  
gationes, et de ipsarum inter se copulationibus  
agi: tum etiam quod ex promissione dotis quis  
quodam modo creditor aut emtor intelligatur. g  
Legitima coniunctio contrahitur sponsalibus, id,  
est, futurarum nuptiarum repromissionibus, h et  
iusto solenniæ nuptiarum ritu, i et quia dos pro=  
pter onera matrimonij in ipso contractu nuptiarum  
uel promittatur k aut numeretur, eiæq; numeratio=  
ni certa quædam pacta l adiçiantur, ut quæ de=  
dote fieri tam in pecunia numerata consistente, m  
quam alia re mobili siue immobili (ut fundo) n æ=  
stimata siue non æstimata data debeant, rectè legi.

- a l. 1. De usuris.
- b l. 4. De naut. fœnore.
- c De probationib.
- d De fide Instrumen.
- e De Testib.
- f De iuris et facti Ignorant.
- g l. ex promiss. De oblig.  
et actionib.
- h De Sponsalib.
- i De ritu Nuptia.
- k De Dotis promissio.
- l De iure dotum.

G

De

m De partibus dotalibus.

n De fundo dotali.

eimeq; caueatur: Iuslo ordine eorundem, Tituli sic positi sunt. Ipsius uero matrimonij effectus aut ciuiles sunt, ut prohibita donatio inter uirum & uxorem. a Ne sine iusta & legibus concessa caussa diuortium fiat b aut si legitima ex caussa solutum sit, mulier dotem repetere posset. c Subtractis tamen inde impensis in rem dotalem factis, d & rebus a muliere amotis, e quarum itidem caussa propter matrimonij honorem rerum amotarum non autem furti agere licet. Naturales effectus sunt, liberos procreare, natos agnoscere & alere, f Si de na scendo post solutum matrimonium dubitetur, uentrem inspicere, g & si grauida mulier reperiatur, in possessionem uentris nomine mittere, (qui posteriores eti ciuiles sint, tamen quia ad alendos sustentandosq; liberos nihilominus pertinent, meritò hoc referuntur.) Missa autem nec eandem in aliud transferre potest, ut neq; etiam principio, quo magis mitteretur per calumniam petere debuit. k Præter legem uiri & mulieris coniunctio concubinatus dicitur. l Post personarum coniun-

a De donat. inter uirum & uxor.

b De diuor. & rep.

c l. 2. & Tit. Solutio matri.

d De Impensis in re. do.

e Rerum amotis.

f De ag. & al. lib.

g De

- g De Vent. infp.
- h De Vent. in posseß. mitten.
- i Si Vent. nomin. mul. in posseß.
- k Si mul. Ventr. nomin. per cal.
- l De concubinis.

ctionem & tractatus de liberorum agnitionibus & alimentis, sequitur de eorundem tutelis & curationibus. Et primum de Tutelis, sub quibus sunt im- puberes usq; dum puberes facti sint. De Tutoribus autem uidendum est, si dati sint, a quibus oportet, & quibus oportet, & quomodo oportet, & ubi oportet. a Dantur autem recte Tutores secundum testamenta. Si pater filio suo testamento tutorem dederit, b Si uero emancipato dederit, aut codicillis non confirmatis, tunc quod deficit, repleri a consulari potestate constitutiones concesserunt. c Vel a lege 12. Tabularum, ut agnati & consanguinei patroni. Item & ij qui ad legitimam hereditatem admitti possunt, d aut ab his dantur, qui Ius dandi habent. e Oportet autem ibi dari, ubi petuntur, & quædam personæ adeo coguntur petere, ut si non petierint puniantur, uidelicet mater & libertus, f petuntur autem, ut plurimum ob res pupillares administrandas, Quare id ipsum curare debent, & eo neglecto quisq; eorum in solidum conueniri poterit. g Post hæc de illorum authoritate & consensu. h Et quando ex facto Tutoris uel curatoris minores agere uel conueniri possint, i & de suspectis tutoribus & curatoribus, eo=

bus, eorumq; excusationibus & temporibus earum.  
Et ubi pupillus educari uel morari debeat, & de  
alimentis ei præstandis. Tutela & rationibus di-  
strahendis, & utili curationis cauſſa actionibus &  
contraria atq; utili tutelæ actione & de eis quæ pro  
tutore authore gesta sunt, & fideiſſoribus & no-  
minatoribus, & hæredibus tutorum & curatorum,  
& magistratibus qui eos dederunt ſubſidiaria con-  
ueniendis & eorum hæredibus. Rebus item eo-  
rum qui ſub tutela uel cura ſunt ſine decreto non  
alienandis uel ſupponendis ſuis titulis dicitur &  
ſpecialiter. De curatoribus furioso & prodigo,  
uel alijs extra Minores dandis.

- a l. i. de confir. Tut.
- b De testa. Tutela.
- c De confir. Tut. uel cur.
- d l. i. de legit. Tuto.
- e De Tuto. datis ab his qui Ius  
dandi habent.
- f Qui petant Tut. & ubi petant.
- g De admi. & peri. Tut. & Cur.
- h De auth. & consensu Tut.
- i Eodem Tit.

Pars.

PARS QVINTA DI-  
GESTORVM SEV PAN-  
DECTARVM.

**P**O S T tutelas & curationes hominum de  
corundem successionibus agitur, quæ uel à  
Testato fuit uel ab intestato. A testato aut  
Iure Ciiali, uel per Testamentum, uel ex Codicillo  
per Testamentum, aut in rerum Vniuerstatem ut  
hæreditatem testamento relictam, uel pagani aut  
militis. Horum autem quædam non Iure facta  
dicuntur, quædam Iure facta rumpi uel irrita fieri.  
a Non Iure facta dicuntur legitima & solenni te-

a S. alio quoq; modo Inst. quib.  
mod. Testam. infir.

stamentorum forma non obseruata, aut ab eo facta,  
qui testamenti factionem non habuit, a aut suis  
hæredibus non institutis, seu nominatim aut ex  
caussa non exhæredatis seu præteritis. b Rup-  
puntur autem & irrita fuit uarijs ex causis. c  
Item et si postea consultò cancellata, inducta aut  
deleta sint, quæ scripta erant. d Hæredibus au-  
tem suis nominatim & iusta de caussa ex hæredatis  
hæredem quoq; extraneum instituere licet, e aut  
etiam hæredi instituto uulgariter substituere. Li-  
beris uero impuberibus siue institutis siue exhære-  
datis etiam pupillariter, f & sub certis etiam con-  
ditionibus, modò non impossibilibus. g Milites

G 3 uero

uero eius legum soletinitatis obseruatione non indi-  
gent. Hactenus de testamentis iure ordinandis, &  
que rumpi que minus, & quibus ex causis possint.  
h Nunc de ijs agitur quae predictis solennib. facta  
sunt, quomodo secundum ea heredas acquiri uel  
omitti possit. Item quomodo aperiantur, inspici-  
antur & describantur, i aut si quis omissa causa  
testamenti ab intestato, uel alio modo possederit  
hereditatem, k & de his, quorum testamenta non

- a De Testam. & qui testam. facere  
possunt, & quomod. testam. fiant.
- b De liberis & posth.
- c De Iniusto. rup. & irrito  
facto testam.
- d De his qui in test. delentur.
- e De hered. instit.
- f De uulg. & pupill. substit.
- g l. i. de condi. Instit.
- h De acquir. uel omitten. hered.
- i Quemadmod. testa. aperiant.
- k Si quis omissa causa testam.

aperiuntur, a aut si quis aliquem testari prohibi-  
tuerit uel coegerit. b De Codicillis titulo c se-  
quenti agitur.

- a De Senatusc. Sylla.
- b Si quis aliquem testari prohibi.
- c De Iur. Codicilli

Vcl

Vel in res singulas succedimus, ut legatorum  
seu fideicommissorum singularium nomine, si quæ  
nobis testamento aut codicillo relicta sint, de quibus  
generaliter quæ res legari, & quæ persona legare  
possint & quibus, Deq; uerborum & rerum quæ  
ad legata pertinent, significatione tribus titulis a-  
gitur. a Ac deinde quibusdam rebus in specie

a De legatis. 1. 2. & 3. tit.

uidetur, ut, De annuis & menstruis, legatis & fi-  
deicommissis. De usu & usufructu, & redditu, &  
habitatione, & operis per legatum uel fideicom-  
missum relictis. De Seruitute legata urbana &  
rustica. De dote prælegata. De optione uel  
electione legata. De tritico, uimo, & oleo lega-  
to. De fundo instructo uel instrumento legato.  
De peculio legato. De penu legata. De su-  
pellestile legata. De alimentis & cibarijs lega-  
tis. De auro & argento, mundo ornamentis,  
unguentis, uestibus uel uestimentis, & statuis lega-  
tis. De liberatione legata. Post quæ, De adi-  
mendis uel transferendis legatis uel fideicommissis,  
& De rebus dubijs, ut si quid sub ambiguo sermo-  
ne legatum sit, & iis quæ poenæ nomine relinquun-  
tur. Et Regula Catoniana, quæ ad legata per-  
timet. Item ijs quæ pro non scriptis babentur.  
Et his, quibus ut indignis legata auferuntur, Tituli  
sequuntur. Quia uero legatis quæ relinquentur,

dies aut certus aut incertus, aut conditio adscri= batur. Hæc de Conditionibus & demonstratio= nibus & cauſis, & mandatis eorum, quæ in Testa= mentis scribuntur, titulus definit. Tandem, ut si exhausta sit hæreditas legatorum, numero uel ma= gnitudine per legem Falcid. minuantur legata. a Et si Iure dubitari poſſit, utrum Lex Falcidia lo= cum habitura ſit nec ne, ut legatarius ſatis det. b Quod Iuris itidem obtinet ubi tota hæreditas ex fi= deicommissō reſtitui iuſſa eſt. Namq; & ea per Se= natus consultum Trebellianum minuitur. c Ultimo quando dies legatorum uel fideicommissorum ce= dat, d Et ut legatorum ſeu fideicommissorum no= mine caueatur. Seu in poſſeſſione legatorum ſeu fideicommissorum ſeruandorum cauſa eſſe lice= at. e

- a ad L. falci.
- b Si cui plus quam per legem Falci. licuerit legatum eſſe dicatur,
- c Ad S C. Trebellia.
- d Eodem Tit.
- e Sub Tit. ſequen.

## PARS

PARS SEXTA DIGE-  
STORVM SEV PAN-  
DECTARVM.

**S**Vperius de Ciiali à testato successione diximus, Sequitur de Prætoria, quæ bonorum possessio dicitur, Quæ quid sit, quibus dari et per quos acquiri posse, quæq; in ea contineantur, primo titulo, De bonorum possessione doceatur. Et aut bonorum possessio eius petitur, qui testatus est, aut intestati. a Testati aut uel secundum tabulam petitur, aut contra tabulas. Si bonorum possessio petitur principio, queritur .. Si tabulæ Testamenti extent, uel si extiterint et quando. b Et si bonorum possessio ijs dari, qui quid agatur non intelligant, et cui interea dari cautio ne præstata debeat. c Prima contra tabulas bonorum possessio liberis datur, uel iam existentibus, siue naturalibus, siue adoptiuis, et his qui in patria sunt potestate, si neque instituti neq; exhaeredati sunt, d qui tamen, et si iudicium patris per tabulas bonorum possessionem rescindant, tamen ex Iudicio eius quibusdam personis legata et fidei commissa præstare debent, e et sua quoq; bona in medium conferre, f aut si filia sit, et se bonis pater-

a l. i. Si tabulæ Testam.

et s. sunt aut Inst.

De bono. possess.

G 5

b Si

- b Si tabule Testam. extab.
- c De bonorum posseß. Fur. infan &c.
- d De honor. poss. con. tab.
- e De lega. prestat. con. tabulas  
bon. posseß. peti.
- f De colla. bono.

nis immisceat dotem conferre. a Siue nondum natis propter spem nascendi, nam et eos prætor tuus est dum uentrem mittit in possessionem, uice contra tabulas bonorum possessionis. b Et emancipatis, ita tamen ut ex ea parte dimidiam, emancipatus, reliquam liberi eius habeant, hisq; duntaxat bona conferat. c Si uero dubitetur an quis inter liberos sit, et si impubes sit, caufsa cognita bonorum possessio ex Edicto Carboniano perinde datur, ac si nulla ea de re controuersia esset, et iudicium in tempus pubertatis differtur. d Secundam omnibus Iure scriptis heredibus prætor pollicetur. Voluit enim primo ad liberos bonorum possessionem contra tabulas pertinere mox si inde non sit occupata Iudicium defuncti sequendum. e Quod si quis a parente beneficium habuit quærendorum bonorum, Parens exemplo patroni ad contra tabulas liberorum possessionem admittitur. f Bonorum quoq; possessio ex testamento militis et eorum qui in procinctu uersantur, datur. g Ea

- a De colla. dotti.
- b De Ventre in posseß. mitten.

c De

- e De coniungen. cum emanci.  
liberis eius.
- d De Carbonia. edicto.
- e l. 2. post pr. De bono. posseß.  
secundum tabulas.
- f l. 1. §. 1. Si à parente quis  
manu. fuerit.
- g De bono. posseß. ex testa. mili.

uerò ingenuorum est, Sequitur de libertinorum. Namq; in libertis patronus habet Ius patronatus, & honorem, obsequia, b operas, c atq; hoc etiam ipsum, Ut bonorum etiam liberti possessionem patroni petere possint. d Quod Ius in bonis libertorum & libertarum, etiam municipibus defertur. e Possuntq; liberti à Patrono cuicunq; libertorum uolet, adsignari. f Sin autem quid dolo malo liberti factum esse dicetur, siue testamento facto, siue intestatus libertus decesserit, quo minus pars debita bonorum ad eorum quem perueniret, qui contra tabulas bonorum possessionem accipere possit, cognoscit prætor, & operam dat, ne ea res fraudi ei sit. g Posteaquam Prætor locutus est de bonorum possessione eius qui intestatus est, transitum fecit ad intestatos, eum ordinem secutus, quem & Lex 12. Tabularum secuta est. In eius autem bonorum possessionis delatione, primò queritur, si nullæ tabulae testamenti extabunt, b quibus non extantibus, primo loco suis hæredibus, & ijs qui ex edicto præto-

- a De Iu. patro.
- b De obseq. à lib. seu lib.
- c De operis libert.
- d De bonis libert.
- e De libert. municip.
- f De adsignan. liber.
- g l. i. Si quid in fraud.  
patro. factum.
- h Si tabule testamenti nullæ  
extabunt.

prætoris inter suos connumerantur, dat bonorum possessionem quæ uocatur unde liberi, a Secundo legitimis hæredibus, b Postea cognatis, c Quia uero propter plures successionum species, easq; per ordinem à Prætore dispositas Creditores nonnum= quam differantur, certum successoribus tempus de= finiuit, & si intra id tempus aliquis bonorum pos= sessionem non petierit, eiusdem gradus personis ad= crescit, uel si nullus sit deinceps cæteris bonorum possessionem perinde ex successorio edicto pollicet= tur, ac si is qui præcedebat ex numero non esset, d & sic proximiori gradu sequenti defertur. Sunt enim distincti affinium gradus, e Ultra quos bo= norum possessio uiro & uxori defertur, f Atque idem Iuris est in ueteranorum seu militum succe= sione, g Sunt tamen quædam cauſſæ ex quibus eo= dem modo (sicut hæreditates & legata tanquam indignis auferuntur) etiam bonorum possessio ne= gatur. h Alijs autem quibus uel ex lege Senatus

Vnde

- a Vnde liberi.
- b Vnde legitimi.
- c Vnde cognati.
- d De Succēſſ. edict. & ſcauſſa  
Inſt. De bono. poſſeſſ.
- e De gradib. Affini.
- f Vnde uir & uxor.
- g De Vetera. & mili. succēſſ.
- b Quib. non competit bo. poſſeſſ.
- i Ut ex legib. Senatusūe conf.  
bonor. poſſeſſio detur.

*consultis debetur, neq; superius delata sit prætor  
uti dari oportebit, dare pollicetur. Postremo to-  
tus eius ſucceſſionis ordo uno titulo concluditur.*

*a Iure Ciuali uero ab Intestato ſucceſſio defertur,  
Primo, ſuis, Secundo, legitimis hæredibus, b &  
ex Scis Tertulliano & Ophitianō, matri & liberis  
etiam naturalibus tantum. c*

*Finitis ijs quæ tam ad res, & aut iam noſtras aut  
nobis debitās quam ad personas perteſſent, & peti-  
tory ſunt iudicij, ad ea quæ & damnis rerum futu-  
ris proſpiciunt, & personarum libertatibus, & de  
liberali cauſſa, & de futura acquisitione, tam do-  
minij quam poſſeſſionis et titulis qui eam inducunt,  
agitur. Damnis quidem futuris proſpicitur, per  
noui operis nunciationem, d damni infecti cauti-  
onem. e Et aquæ pluuiæ arcendæ actionem, f &  
de publicanis quippe, cum & borum damnis hoc  
edicto*

edicto prætor prouiderit, g. quæ de donatio= nibus tam inter uiuos, h. quam mortis cauſſa, i. conficiendis legibus inueniuntur. Cum e& haec com= muniter ob eaſſam aut rem futuram fiant. Libera= tas autem uel acquiritur aut per manumissionem, k. quæ fit a priuato ut vindicta, l. uel ab uniuerſita= te, m. uel testamento n. siue directo siue per fidei= commiſſum o. uel adimitur, uel a lege, uel a testa= tore, p. uel in tempus saltem aut sub conditione quibusdam confertur, qui statu liberi dicuntur, q.

- a. Quis ordo in bo. posſeſſ. seruetur.
- b. De suis & legi. haere.
- c. Ad secun. Tertullia. & Orphit.
- d. l. 1. §. 1. De oper. no. nuncia.
- e. l. 2. de damno infecto.
- f. l. 1. De aqu. plu. arcen.
- g. l. 1. §. Dixerit aliquis  
De publicanis.
- h. l. 1. & §. dat aliquis De  
donationib.
- i. l. 1. De mor. ca. donat.
- k. De manumissio.
- l. De manu uindiſt.
- m. De manu. quæ fer. ad uniuerſita.
- n. De manu. Testament.
- o. De fideicom. liberta.
- p. De ademp. libert.
- q. De statu liberis.

ucl

uel sine manumissione, a uel etiam manumisſi li-  
beri non fūnt. b Manumisſi autem Iure Ciuii li-  
bertini fūnt, Si uero Ius aureorum annulorum ac-  
quisicerint, c aut per principem natalibus restitu-  
ti, statim ingenui fūnt, d Vnde liberalis cauſſa  
interdūm nascitur, qua uel queratur. Si quis liber  
ſit, e et qui ad libertatem agere poſſint, f aut ſi  
libertus ingenuus eſſe dicatur. g Que tandem  
cauſſa ultra quinquennium agitari non debet, h  
nec etiam ulla cum colluſione, de qua quidem ſi ſu-  
ſpecti ſint, detegi omnino debent. i Dominium  
rerum de nouo nobis multis ex cauſſis acquiritur. k  
Sicut et poſſeſſio l longo tempore continuata u=   
ſuſcapionem m inducit, modo ex bono iustoq; ti=   
tulo producta ſit. Tituli uero ſunt hi qui ſequun=   
tur. Pro ſoluto, pro emtore, pro hærede, pro  
donato, pro legato, pro dote, et pro ſuo. Atq;  
hic omnia iudicia ſeu actiones ordinariae et ciuiles  
ſiue petitoriae ſint ſiue etiam poſſefforiae finiunt.  
Iusto igitur ordine his applicatus eſt liber 42. De  
bis qui ex præcedentibus cauſſis iudicati, n uel in  
Iure confeſſi ſunt, o et de bonorum ceſſionibus,  
p detentionibus, q et uenditionibus.

- a Qui ſine manu. ad liberta. perue.
- b Qui et à quib. manu. liber.
- c De Iu. au. annulo.
- d De natalib. restitu.
- e De liber. cauſſ.

Quib.

- f Quib. ad liter. procla. non licet.
- g Si liberti. inge. esse dica.
- b Ne de statu defunctorum.
- i De collus. detegen.
- k De acquir. rerum domin.
- l De acquir. posseß.
- m De usucap.
- n De re Iudicata.
- o De confes̄is.
- p De bono. cessione.
- q Quib. ex causis in possessionem  
eatur.

a Et quia cum bona ueneunt debitoris in compa=  
ratione extranei, & eius qui creditor cognatus ſe  
ſit, potior habetur creditor cognatus ſe, magis ta=   
men creditor, quam cognatus & inter creditores  
potior is est cui maior pecunia debetur. De priu=   
legijs creditorum titulus ſubijcitur, & ne utriusq;  
bona & debitoris & hæredis ſimul uencant, nec  
Creditores commixti dannum patiantur, separatio  
permittitur. b Quod si hæres ſub conditione ſit  
inſtitutus, nec conditio extiterit, aut ſi extiterit,  
ipſe adire noluerit, Curator bonis conſtituendus  
eft, ut & debitorib. ſolui aut bona uendi poſſint.  
c Et ut ea quæ in fraudem creditorum facta ſunt,  
reſtituantur. d Et hiſ ſolūta ſunt Iudicia ordi=   
naria. Sequuntur ergo Interdicta ſeu Extraordi=   
nariæ actiones, quæ pro hiſ competunt. e Et hæ  
ucl ad uniuersitatē rerum pertinent, ut Interdictū  
quorum

*quorum bonorum, quorum legatorum, Ne uis fiat  
ei qui in possessionem missus est, Et de tabulis ex-*

- a De bonis autoritate Iudicis  
posiden. seu uenundandis.
- b De separationib.
- c De Curato. bo. dand.
- d Quæ in fraude. credit. facta.
- e De Interdictis.

*bibendis, quia uel contra aut secundum eas bond=*  
*rum posseßio, aut hæreditas peti poßit, aut ad res*  
*singulas, uel diuinas, ut Interdictum, Ne quid in*  
*loco sacro fiat, uel ad publicam utilitatem spectan=*  
*tes, ut sequentia. De loco publico fruendo, De uia*  
*publica & itinere refiendo. De fluminibus, & ne*  
*quid in flumine publico ripaue eius fiat quo peius*  
*nauigetur, quoue aliter aqua fluat quam priori ea*  
*state fluxit. Ut in flumine publico nauigare liceat.*  
*De ripa munienda, & de ui, & ui armata, uel ad*  
*priuatam, ut interdictum, uti poßidetis. De super=*  
*ficiebus, De itinere actuq; priuato. De aqua quo=*  
*tidiana & æstua. De riui, fonte, cloacis, quod ui*  
*aut clam. Item de remissionibus, precario, arbo=*  
*ribus cedendis, & glande legenda, aut ob eas res*  
*quæ quidem nullius sunt, & tamen iuris sui tuendi*  
*gratia, comparatæ sunt officij potius cauſa, ut In=*  
*terdictum de libero homine exhibendo uel dedu=*  
*cendo. Et post hæc Interdictum, De migrando &*

H

*saluia=*

saluianum. Quibus deinceps de Exceptionibus, id  
est, omnium earum actionum exclusionibus, a &  
a l. 2. De Excep.

De temporum prolixitatibus, & de obligationibus  
& actionibus, liber singularis postpositus est. De exceptionibus his in specie proponitur. De Excep-  
tione rei iudicatae, quæ perpetua est. Et de diuer-  
sis & temporalibus præscriptionibus, & accessione  
possessionis, & de doli mali & metus exceptione.  
De facti, seu ut vocant, intentionis exceptionibus,  
uti earum rerum nomine, quarum actio in iure non  
datur, a aut quæ iam in litem deductæ sunt. b

a Quarum rerum actio non.

b De litigiosis.

Quibus tandem omnibus, tanquam prædictorum  
brevis quedam coniectio Titulus generalis. De  
Actionibus & obligationibus subiunctus est, in quo  
& communia, & generalia prædictis partim com-  
petentia, & aditum ad sequentes tractatus  
præparantia, referuntur. Et sic  
Sexta Digestorum pars  
clauditur.

Sequitur

SEQVITVR SEPTIMA  
ET VLTIMA DIGESTO-  
RVM PARS.

**S**epimus & nouissimus articulus Digestorum sex libris formatus est, in quo primum de stipulationibus seu uerborum obligationibus agitur, quae uel per liberas personas contrahuntur, & aut ab uno aut pluribus qui inde rei constituantur, & uel principaliter, id est, nostro nomine, aut alieno sunt, ut sunt fideiussorum. Hæc sequuntur tollendarum obligationum modi, ut, Nouatio, solutio, acceptilatio & prætoriæ stipulationes, de quibus generalis titulus proponitur. In specie de his agitur, rem pupilli saluam fore, iudicatum solui & rem ratam haberi. Et post hæc duo terribiles libri positi sunt, de delictis priuatis & extraordinarijs, nec non publicis criminiib[us] eorumq[ue] poenis. Priuata sunt furtum quod ipsum multiplex est, & de hoc in genere sub titulo De furtis proponitur. In specie, De tigno alieno suis ædibus iniuncto. Si is qui Testamento liber esse iussus fuerit post mortem domini ante aditam hereditatem quid surripuisse dicetur. Aut furti aduersus nautas, caupones, seu stabularios aut familiam, arborumque furti Cæsarum nomine agatur. Priuatum item est uis, ut si de ui bonorum raptrum, uel incendio, ruina, naufragio, rate, naue

H 2 expugna-

expugnata agatur. Et iniuria siue uerbis scriptis,  
aut facto illata sit. De Extraordinarijs criminiibus  
itidem generalis est Titulus, & sequuntur in spe=  
cie. De sepulchro uiolato, De concusione, De  
abigeis, De Prauaricatoribus, De receptatoribus,  
furibus, balnearijs, effractoribus & expilatori=br/>bus. Expilate hæreditatis. De criminis stellionatus,  
De termino moto. De collegijs & corporibus illi=br/>citis, & de popularibus actionibus quas quisq; ex  
populo intentare potest. De publicis Iudicijs iti=br/>dem primus est Titulus, Quomodo autem instruan=br/>tur, per accusacionem scilicet & inscriptionem, &  
de reo custodiendo atq; exhibendo in sequentibus  
uidetur. Publica uero sunt, Crimen læse maiesta=br/>tis, Adulterium & stuprum, uis publica & priua=br/>ta, homicidium seu ueneficium, parricidium, Falsi  
accusatio, Repetundarum. De annona. peculatus,  
sacrilegij & de residuis & ambitu, Item crimen  
Plagiriorum. Ne quis autem ex temeritate aut  
inuidia accusari posset, alij modi inuenti sunt,  
quibus accusatorum temeritas detegitur, a atq;  
etiam prohibitum, ne rei absentis aut irrequisiti  
damnentur. b Et quia in criminibus scrutandis  
questio adhiberi solet, quando uel quatenus id fa=br/>ciendum sit, sequenti loco uidetur. c Et deinceps

a Ad secun. Turpiliis

b De requiren. reis.

c De questionibus.

de poenis

de poenis quæ condemnatis infliguntur, nec non de substantijs eorum qui damnati sunt, & quæ portio liberis damnatorum concedatur, & eorum qui ante sententiam mortem sibi consciuerunt, & qui interdicti relegati & deportati sunt, & his qui uel sententiam passi & restituti, uel damnatorum corporibus ad sepulturam potentibus cognatis dandis. Post hæc omnia liber singularis De appellationibus excogitatus est contra sententias tam ciuiles quam criminales cauſas finientes, qui meritò hic ponuntur, In quo primum generaliter, De appellationibus & relationibus dicitur, Postea a quibus appellare liceat uel non, Quis & a quo appelletur, Quando & intra quæ tempora appellandum sit, Quorum appellationes recipiantur, Et libellis dimissorijs, seu, ut uocant, apostolis, Nihil nouari appellatione pendente, In quibus appellare non sit necesse, & quæ sententia sine appellatione rescindantur, & an per alium cauſe appellationum redi possint. Item si tutor uel curator aut Magistratus creatus appellauerit, Eum qui appellauerit in prouincia defendi, Et apud eum a quo appelletur, aliam cauſam agere compellendum, & postremo se pendente appellatione mors interuenerit, Cætera quæ sequuntur, ad publicum Ius potissimum spectant, ut Titulus, De Iure Fisci, De captiuis & postlimimio reuersis & ab hostibus redemitis, uel qui nunc domi sunt, & De re militari, De castrensi peculio, quia hæc ad Ius militare spectant. Item ex

de municipibus & incolis eorumq; Iure. De curionibus & filiis eorum, & de albo scribendo, & munieribus, & honoribas eorumq; uocationibus & excusationibus, & immunitate personarum, Item & legatorum & administrationibus rerum ad ciuitates pertinentium, & eorum decretis, uel publicis operibus, nundinis, pollicitationibus ac diversis, varijs & extraordiniarijs cognitionibus & censibus, Item & contractuum mediatoribus seu proxenetis quæ quidem omnia ad Ius ciuitatis eiusq; publicam utilitatem pertinent. Post hæc sequuntur quasi omnium eorum quæ in Iure dicta sunt, generales quidem indices Duo illi Tituli, Alter uerborum ac rerum in Iure significationes, alter communis Iuris Regulas nobis exhibens.

Hæc sunt auditores, quæ ratione potissimum temporis habita breuius quam q; dici potuissent, dixi, Habetis argumenta quibus facile Iurisperudentiam artis nomine perdignam esse conuinci potest, Aduersariorum item in contrarium rationes earumq; Confutationes, et si non uberes, tamen sufficientes, Reliqua enim quæ adiici possent propter temporis angustiam, & ne unisemper in bere videar arguento, lubens omisi, cum quod clarius & expressius omnia dicere uelim in sequentibus, ubi cung; se offeret occasio. Habetis ordinem Institutionum & Pandectarum, à legum nostrarum compactoribus obseruatum, & ad formam Reipu-

Reipublicæ feliciter constituendæ redactum. Omnia enim Iura, omnes Leges ob id feruntur, ob bonum scilicet priuatum & publicum: Ita quoq; Ius nostrum, uel ad priuatam spectat ciuium utilitatem, uel ad publicam. Priuata utilitas uel in præsenti uerfatur, in rebus scilicet nostris persequendis, tuendis ac conseruandis, nobisq; debitibus condicendis, Personarum seu hominum inter se coniunctionibus, eorundem tutelis, curationibus & hæreditibus, uel in futurum consideratur, quæ consideratio in his consistit, ut futuris atque imminentibus damnis prospiciatur, et homines tam suam ipsius conditionem & statum faciant meliorem libertatis, scilicet & in uitatis Iura consequendo quam rebus suis per acquisitionem dominij & possessionis multiplicandis, & a creditoribus debiti nomine liberandis. Postremò in delinquentium temeritate refrenanda, salute populi ac ciuium præ audacibus tuenda, & humanam societatem conturbantibus tollendis, hoc quod & publicè multum interesset uidetur. Publica utilitas præter hoc potissimum in ære publico alijsq; rebus communibus ciuitatis custodiendis ac tuendis, & Magistratibus publicisq; muneribus rite ordinandis ac distribuendis posita est. Quibus ita omnibus bene feliciterq; peractis, non fieri potest, quin et Republ. felix & perfecta sit, atque illis etiam ipsis totum Ius nostrum consumatur. Hæc scire & plurimum confert, et Philosophiae & Iurium studiofis, Namque & multum

ad intellectum eorum que à Philosophis de Repub-  
scripta sunt, faciunt, et non minus ad multarum  
legum, imò totius Iuris atq; uniuersit intellectum ac  
doctrinam. Collatio item Titulorum Codicis cum  
Rubricis Pandectarum in progressu fiet, quia nulla  
alia ratione ea fieri posse commodius. Vos interim  
hunc meum laborem, quo ( me hercules ) nihil a=  
liud quam communem omnium studiosorum utili=  
tatem, atque uestram benevolentiam quæstam ac  
captatam uolui; boni consulite, et si placet, pro=  
bate, tenete, ac que dixi fideliter continete, ego  
uicissim uobis hoc polliceri austm, ut post unum  
aut alterum mensem, quo hæc facile, si non iam  
complexi estis, ediscere potestis, quod neq; uos tem=  
poris, neq; impensu in eam rem laboris paenituerit.

Et mihi animum ad maiora, et uobis  
non minus utilia aggrediendum  
confirmaueritis.

Dixi.



H A S

HAS CONCLUSIONES  
PVBLICE DISTRIBVIT AC  
DEFENDIT HENRICVS  
A BILA I. V. D.

Coloniæ, Anno 1554.

DE IUDICE ET IMPERIO.

I.

CVM parum sit Ius in ciuitate esse nisi sunt,  
qui iura reddere possint, Rectè quidam con-  
stituuntur, qui iuri dicundo præsint, & Iudicium  
nomen inde morentur.

II.

Est autem iudex vir bonus iurisdicendi peria-  
tus ad id muneris publicè legitimeq; vocatus.

III.

Virum uolo non mulierem, nec impuerem,  
ne adolescentem quidem, non legum secundum quas  
omnimodo iudicare tenetur, expertem ad id mune-  
ris publicè non corrogatis suffragijs uocatum.

IV.

Legitime addo, quia aliqui iudices esse ne-  
queunt, alij enim prohibentur lege, ut qui senatus  
H 5 motus

*motus est, alijs natura, ut surdus, mutus. (non uero  
coecus) perpetuo furiosus & impubes, quia iudicio  
careant, alijs morib. ut foeminae quia receptum est  
ne officijs ciuilibus fungantur.*

V.

*Eorum autem qui iudices esse possunt alijs or-  
dinarij sunt, id est, qui sua & propria iurisdictio-  
ne utuntur, alijs quibus ab his mandata est iurisdictio,  
alijs Delegati.*

V I.

*Inter quos priores hoc commune est, quod  
quisq; eorum suas sententias exequi et ius infligen-  
de multæ habeat Delegatorum uero sententias,  
(nisi à principe dati sint) exequantur ij qui eos  
dederunt.*

V II.

*A Principe uero delegati aut sub augusta for-  
tuna dantur, quorum iurisdictio perpetuò durat,  
aut sub propria Principis appellatione, & eius  
iurisdictio mortuo principe tollitur.*

V III.

*Inter omnes autem qui mandatam iurisdictio-  
nem habent, & delegatos hoc etiam interest quod  
ab co*

*ab eo qui mandatam iurisdictionem habet non is sit  
prouocandus qui mandauit, sed qui prouocaretur  
ab eo qui mandauit iurisdictionem, A delegato ue-  
ro ad eum, qui illum iudicem dedit, appellatio fieri  
debeat.*

I X.

*Non tamen omnes cauffæ mandari possunt,  
sunt enim quædam quæ alicui nominatum & ex of-  
ficio sunt attributæ, quædam quæ iure Magistratus  
competunt, quædam item meri imperij, quædam  
mixti, quædam iurisdictionis.*

X.

*Merum imperium est habere gladij potesta-  
tem ad animaduertendum in facinorosos homines,  
quod etiam potestas appellatur cuius cauffæ in ali-  
um transferri non possunt.*

X I.

*Mixtum Imperium est cui etiam Iurisdictione  
nest, cuius cauffæ nisi quæ specialiter alicui sunt  
attributæ mandata iurisdictione transferuntur.*

REPE

REPETITIO PUBLICA  
HENRICI A BILA,  
I. V. D.

NOBILITATE GENE-  
RIS, ET VIRTUTE PRAESTAN-  
TI VIRO, CHRISTOPHERO A  
BILA IN HEYGENRODE,

Patri suo charissimo,  
Henricus à Bila,  
Obsequium &  
salutem,

**Q**uoniam natura ita comparatum, ex legibus quoque sanctum esse constat, pater charissime; Ut collata officia, officijs pensare atque conferre cogamur, Athenienses item ex Macedones eius causa INGRATI ACTIONEM dedisse, Persasque graui poena in eos qui de se benemeritis gratiam non referrent, animaduertisse; Tantò ego nunc iustius ingratitudinis reus postulari atque condemnari possem, quanto tua in me pietatis officia et maiora et minus obscura existunt, si non grati saltem animi, meaque in te obseruantiae signum aliquod (dum facto respondere sit impossibile) ederem. Theseis ergo has meas ex abditioribus Iuris nostri locis petitas atque publicè examinandas a me propon-

propositas, tibi (cui ure me, eccl<sup>ia</sup> non loo<sup>rum</sup> sicutum,  
sed et omnia, et quam possum maiora debo) aequali  
dico: quas ut aequo bonoq; interim suscipias animo,  
donec grauius quiddam Musa nostra dare possit,  
te pro paterni tui animi in me propensione, etiam  
atq; etiam oro atq; obsecro. Date Aureliae

Francorum Calend. Mart.

M. D. L VII.

## DE PACTIS.

I.

Ex nudo pacto, neq; oritur neq; tollitur actio.

II.

Neg; etiam si geminatum sit, contra quam ab  
interpretibus existimatum est.

III.

Quum enim in pactis factum tantum, non eti-  
am ius ueretur, nullum iuris effectum producere  
possunt.

IV.

Eam ego rationem rescripti Imperatorum in  
L. si certis annis C. de pact. redbo.

V.

Hincq; pactum nudum neg; de Iure Canonico  
actionem parere statuo.

VI.

Quamvis iure Ciuili adiuuante et parere et  
tollerere possit. De

DE EO QVOD INTEREST.

VII.

Interesse est, quod alicui aut ex damno accepto, aut lucro impedito abest.

VIII.

Et id uel circa rem, uelut proxime ex ea re enatum: uel extra rem, id est, longè ab ea separatum (non uero intrā) consistit.

IX.

Neg; enim præcium, siue estimatio rei, neg; poena (quorum hoc conuentum, illud commune doctoribus dici uidetur) eius quod interest appellatione uenit.

X.

In omnibus autem casibus certam quantitatem uel naturam habentibus, hoc quod interest dupli quantitatem minime excedit.

XI.

In alijs uero casibus, qui incerti esse uidentur, id quod reuera inducitur damnum reddendum est.

QVÆRO.

XII.

An ne præcium, id quod interest excedere possit? Et si possit, An tunc etiam actio ex empto infra præcium conuentum consistat.

Disputatæ Aureliae in magno iuris Civilis  
Auditorio, die Iouis, undecima  
Martij hora septima.

1557.